UNIVERSITÄTS BIBLIOTHEK WUPPERTAL
BERGISCHE UNIVERSITÄT WUPPERTAL

Universitätsbibliothek Wuppertal

Quatuor D. N. Jesu Christi Euangeliorum Versiones perantiquæ duæ, Gothica scil. et Anglo-Saxonica

Junius, Franciscus

Dordrechti, 1665

Alphabetum Gothicum, Runicum, &c.

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.
Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

urn:nbn:de:hbz:468-1-702

Visual Library

ALPHABETUM

Gothicum, Runicum, &c.

ARgenteus codex, qui reliquis omnibus Teutonicis antiquitatibus fulgore quodam suæ claritatis tenebras obduxit nomenq; abstulit, Literis utitur viginti & quinque; quarum Figuram ac Potestatem pro virili Philoteutonibus tradere conabor, ne quid necessarii subsidii requirant lecturi Monumentum multorum antehac elogiis celebratum, plurium deinde votis expetitum, ac tandem nutu auspicioq; incomparabilis Herois, nomine ac re Magni, publici juris factum. Tu interim, Lector, benè precare tantæ Virtuti, & supplex ora Deum opt. max. ut Celsissimo viro animum publico addictum augeat, animoq; isti quem longissimum habet vita progressum largiatur.

Prædictas quinque & viginti Literas ita notat codex Argenteus : ᚨ. ᛒ. ᚴ. ᛅ. ᛖ. ᚠ. ᚵ. h. ı *vel* ï. ᚲ. ᛚ. ᛘ. ᚿ. ᛦ. ᛈ. ᛟ. ᚱ. ᛋ. ᛐ. ᛔ. ᚢ. ᛉ. ᚷ. ᛣ. *Et quoniam earum Nomina nusquam, quod sciam, tradidit Antiquitas, proximum est ut ab earum Notatione statim transeamus ad earum Potestatem investigandam ex collatione cum linguâ Græcâ nec non cum iis linguis quas ex Gothicâ traductas esse constat. Cum Græcâ quidem; quòd pleraque Gothici alphabeti Literas à Græcis petitas esse liqueat, quodq; longè maxima sermonis Gothici pars variam quandam antiquæ Græciæ dialectum præ se ferat. Cum aliis verò ex vetere Gothicâ traducibus, Anglosaxonicâ nempe, Cimbricâ, & Alamannicâ; quòd verisimile sit eas priscam avitæ linguæ pronuntiationem in multis retinuisse.*

ᚨ *respondet Latino* A. ᚨᛞᚨᛘ, Adam; *Luc.* III, 38. ᚨᛏᛏᚨ ᚿᚾ-ᛋᚨᚱ ᚨᛒᚱᚨhᚨᛘ ïᛋᛏ: Pater noster Abraham est; *Joh.* VIII, 39. ᚨᛒ-ᚵᚱᚿᚿᛞᛁᚠᚨ, Abyssum; *Luc.* VIII, 31. ᚨıh ᚠᚨᛚᚨᚿᛈNI: Habeo potestatem; *Joh.* XIX, 10. ᚨIᚵINIS ᛘ᛫INIS ᛋᚨ hᚨᛚᛒᚨᛐᚨ: Bonorum meorum dimidium; *Luc.* XIX, 8. ᚨIᚴᚿ ïᚿSᚨᚿᛞᚵᚨᚿᛞS:

Legationem mittens; *Luc.* XIV, 32. 𐌰𐌹𐌺 𐌽𐌷𐍄𐍅𐌾𐍂𐌽 𐌽𐍃𐍃𐍄𐌰𐌽𐌳𐌰𐌽𐌳𐌰𐍃: Diluculo valdè ſurgens; *Marc.* I, 35. 𐌰𐌺𐌺𐍃 𐌱𐌻𐌾𐍈𐌹𐍃: Ager ſanguinis; *Matth.* XXVII, 8. 𐌰𐍄 𐌹̈𐍃𐍄 𐌰𐍃𐌰𐌽𐍃: Adeſt meſſis; *Marc.* IV, 29.

𐌱 *reſpondet Latino* B. 𐌱𐌰𐌺𐌰𐌱𐌱𐌰𐍃, Barabbas; *Marc.* XV, 7. 𐌱𐌰𐌹-𐌰𐌹𐌻𐌶𐌰𐌱𐌽𐌰, Beëlzebul; *Matth.* X, 25. 𐌱𐌰𐌿𐌼𐍃 𐌽𐌱𐌹𐌻𐌰: Arbor mala; *Matth.* VII, 17. 𐌱𐌰𐌹𐌺𐌰𐌽 𐌰𐌺𐌺𐌰𐌽: Ferre fructum; *Joh.* XV, 4. 𐌱𐌰𐌹𐌺𐌰𐌽, Parere; *Luc.* I, 57. 𐌱𐌰𐌺𐌼, Gremium, ſinus; *Luc.* VI, 38. 𐌱𐌰𐌺𐌽, Puer; *Luc.* I, 8. 𐌱𐌰𐌽𐌺𐌹𐍃, Civitas; *Matth.* V, 35. 𐌱𐌹𐌲𐌹-𐍄𐌰𐌽𐌳𐍃 𐍅𐌰𐌺𐍈: Inventus eſt: *Luc.* XV, 24. 𐌱𐌹𐌳𐌲𐌰𐌽, Orare; *Matth.* VI, 5. 𐌱𐌰𐌹𐌽𐌳𐍃, Cœcus; *Joh.* IX, 20. 𐌱𐌺𐌹𐌲𐌲𐌰𐌽, Adducere; *Joh.* X, 16. 𐌱𐌺𐌽𐌽𐌰 𐌱𐌻𐌾𐍈𐌹𐍃: Fons ſanguinis; *Marc.* V, 29.

𐌲 *reſpondet Græco* Γ *& figurâ & poteſtate, ſicuti videre eſt in* 𐌲𐌰𐌹𐌰𐌹𐌽𐌽𐌰𐌽, Gehennam; *Matth.* V, 29. 𐌲𐌰𐌻𐌴𐌹𐌻𐌰𐌹𐌰, Galilæa; *Marc.* I, 39. 𐌲𐌰𐌶𐌰𐌽𐌵𐍅𐌻𐌰𐌺𐌹𐌾, Gazophylacio; *Joh.* VIII, 20. 𐌱𐌰𐌽𐌰𐌹𐌽𐌰𐌹𐌺-𐌲𐌰𐌹𐍃, Boanerges; *Marc.* III, 17. 𐌰𐌲𐌲𐌹𐌰𐌽𐍃 𐌲𐌰𐌱𐌺𐌹𐌴𐌻: Angelus Gabriël; *Luc.* I, 26. 𐌲𐌰𐌲𐌲𐌰𐌽, Ambulare; *Joh.* VII, 1. 𐌲𐌰𐌺𐌳𐍃, Domus; *Marc.* III, 25. 𐌲𐌰𐌽𐌺𐌰𐌹, Triſtes; *Matth.* VI, 16. 𐌲𐌾𐌳𐍃, Bonus, benignus; *Luc.* VI, 32. 𐌲𐌾𐌰𐌰𐌺𐌽𐌽𐌳𐍃, Nobilis; *Luc.* XIX, 12. 𐌲𐌺𐌴𐌹-𐌿𐌰𐌽, Comprehendere; *Marc.* XIV, 48. 𐌲𐌺𐌴𐍄𐌰𐌽, Flere; *Luc.* VI, 25. 𐌲𐌽𐌰𐌶𐌹, Sacerdos; *Luc.* I, 5. *Videtur autem hoc* 𐌲 *in Gothico alphabeto occupare locum quem* C *tenet in alphabeto Latino, propter ſingularem affinitatem literarem* C, G, K. *unde proprium nomen* Cajus *vel Gajus, Græcis eſt* Κάϊος. *Græcum quoque* κράββατος *Latinis eſt* Grabatum, *&c.*

𐌳 *reſpondet Latino* D. *ita* 𐌳𐌰𐍅𐌴𐌹𐌳 *eſt* David; *Marc.* XII, 36. 𐌳𐌰𐌹-𐌼𐌾𐌽𐌰𐌺𐌲𐌾𐍃, Dæmonia habentes; *Matth.* VIII, 28. 𐌳𐌹𐌰𐌱𐌽𐌻𐌰𐌽𐍃, Diabolus; *Luc.* IV, 3. 𐌳𐌹𐌳𐌹𐌼𐌽𐍃, Didymus; *Joh.* XI, 16. 𐌳𐌺𐌰𐌺𐌼𐌰𐌽𐍃, Drachmæ; *Luc.* XV, 8. 𐌳𐌰𐌲𐍃, Dies; *Joh.* IX, 4. 𐌳𐌰𐌽𐌷𐍄𐌰𐌺, Filia; *Matth.* IX, 18. 𐌳𐌰𐌽𐌽𐌴𐌹𐌽𐍃, Baptiſmus; *Luc.* XX, 4. 𐌳𐌰𐌽𐌺, Oſtium; *Joh.* X, 7. 𐌳𐌰𐌽𐍈𐍃, Mortuus; *Marc.* IX, 26. 𐌳𐌾𐌼𐌲𐌰𐌽 𐍃𐌹𐌺 𐌽𐍃-𐍅𐌰𐌽𐌺𐌷𐍄𐌰𐌽𐌰: Juſtificare ſemet ipſum; *Luc.* X, 29. 𐌳𐌺𐌰𐌲𐍄𐌺, Potus; *Joh.* VI, 55. 𐌳𐌺𐌰𐌽𐌷𐍃𐌽𐌾𐍃, Fragmenta; *Joh.* VI, 12. 𐌳𐌺𐌹𐌲𐍄𐌺𐌰𐌽, Bibere; *Marc.* X, 38. 𐌳𐌺𐌹𐌽𐍃𐌰𐌽, Cadere; *Luc.* XVI, 17. 𐌳𐌽𐌻𐍈𐍃, Feſtus dies; *Joh.* VI, 4. 𐌳𐌽𐌼𐌱𐍃, Mutus; *Luc.* I, 22.

𐌴 *reſpondet Latino* E. *ita* 𐌴𐍃𐌻𐌹̈𐌰𐍃 *eſt* Eſaïas; *Marci* VII, 6. *&, quod mirere, conſtanter eandem ubique ſcripturam retinet Argenteus codex quotieſcunque*

hujus

hujus prophetæ nomen occurrit: nam in aliis nominibus propriis ab E *inchoantibus, Gothi vel præmittunt* h, *vel* E *mutant in diphthongum* AI. *unde quoque* Elias *eidem codici est* hELIAS *Lucæ* IX, 8. *ac passim alibi. at pro* Helisæus *Lucæ* IV, 27. *scribitur* hAILEISAND: *pro* Elisabeth *Lucæ capite Primo pluries scribitur* AILEISABAIΨ: *in illâ denique genealogiâ quam D. Lucas habet capite Tertio manifesta passim Gothici hujus idiotismi vestigia elucent in* AINQS. AINQK. AIBAIK, *pro* Ἐνὰς, Ἐνὰχ, Ἐβὲρ, *&c. Declinavit nempe masculæ gens illud grandioris ac sonoræ pronuntiationis vitium, quod ob frequentiorem tenuis literæ concursum* πολυέψιλον *vocabant Grammatici veteres. Neque tantùm in propriis nominibus* AI *pro* E *substituerunt Gothi, verùm etiam in compluribus nominibus substantivis ac verbis retinuerunt* A *loco illius* E *quod Anglosaxonibus perfamiliare. Ita* AIGGIAIS *dixere pro Anglosaxonico* enȝel, Angelus. AIS *pro* eȝe, Timor. AAEVE *pro* ele, Oleum. ANDBAHTS *pro* embihtmon, Minister. ANDEIS *pro* ende, Finis. AKIAN *pro* epian, Arare. ASNEIS *pro* eȝne, Mercenarius, *&c.*

Þ *respondet Latino* F *vel* PH. *ita* ÞAAAIT *est* Phaleg; *Luc.* III, 35. ÞANNEA, Phanuël; *Luc.* II, 36. ÞAREISAIUS, Pharisæus; *Luc.* XVIII, 10. ÞILIPPUS, Philippus; *Joh.* VI, 7. ÞAGINQ, Gaudeo; *Joh.* XI, 15. ÞARK ïST: Utile est, conducit; *Luc.* XIV, 35. ÞAIHN, Divitiæ, possessiones; *Marc.* X, 22. ÞAIRGNGE, Mons; *Luc.* III, 5. ÞAN, Dominus; *Matth.* X, 25. ÞEKGANS, Insidiatores; *Luc.* XX, 20. ÞIGAN, Odisse; *Joh.* VII, 7. ÞIAHAN. GAÞIAHAN, Sepelire; *Matth.* VIII, 21 & 22 ÞIAIRKA GAIDEDGINS: Spelunca latronum; *Marc.* XI, 17. ÞQN, Ignis; *Marc.* IX, 44.

G *licet in plurimis Argentei codicis locis videri possit idem olim sonuisse quod tertium hujus Alphabeti elementum, frequenter tamen crediderim enuntiatum ut* J *consonum; quomodo & ipsum* G *ante* E *vel* I *pronuntiant Franco-Galli. neque enim fortè temerè factum dixerim, quòd Argenteo codici* GQTA *est* ἰῶτα. *Matth.* V, 8. AIWAGGELIQ, εὐαγγέλιον. *Marc.* I, 1. GUDAIEI, Ἰουδαῖοι. *Joh.* XI, 45. GUDAS, Ἰούδας. *Joh.* XII, 4. GAEIKNS, Ἰάειρος. *Marc.* V, 22. GANNINS, Ἰωαννά. *Luc.* III, 24. ïSKARGQTES, Ἰσκαριώτης. *Joh.* XIV, 22. KAGAÞAS, Καϊάφας. *Joh.* XVIII, 14. MARGA, Μαρία. *Marc.* XVI, 1. ASSARGAN, ἀσσαρίου. *Matth.* X, 29. SKANKNQQNQ, σκορπίων. *Luc.* X, 19. *Quibus adde quòd passim obviam terminationem Infinitivorum Gothicorum in* GAN *desinentium Anglosaxones plerumque mutant in* IAN: *cujus rei exempla passim occurrent Anglosaxonica monumenta non nisi leviter ac*

primis tantùm labiis delibantibus.

h *respondet Latino* H. *ita* **hELEI** *est* Heli; *Luc.* III, 23. **hER**, Her; *Luc.* III, 28. **hERRDES SA TAITRAKKES**: Herodes tetrarcha; *Luc.* III, 19. *Adspirationem interim omittunt Gothi in isthac solemnis acclamationis formulâ quam, servatâ voce Hebræâ,* Hosanna *dicunt Euangelistæ: legas enim Marci* XI, 9. **RSANNA** *pro* ὡσαννά. *Minimè tamen eos ab hac adspiratâ literâ abhorruisse discimus ex immensâ copiâ vocabulorum ab eâ inchoantium, adeò quidem ut eam quoque consonantibus* **A. N. R.** *juxta patriæ consuetudinis usum præmiserint: ita* **hAhGANDANS** *sunt* Ridentes; *Luc.* VI, 25. **hAIBS** *vel* **hAIFS**, Panis; *Luc.* IV, 3. *Joh.* VI, 33 *&* 35. **hAINE**, Collis; *Luc.* III, 5. **hAIWA**, Monumentum sepulchrale; *Matth.* XXVII, 60. **hANPANDAS. nshANPANDAS**, Exiliens; *Marc.* X, 50. **hANTS**, Sors; *Luc.* I, 9. **hEIBIDA**, Suscepit; *Luc.* I, 54. **hEIDNMEI**, Sinistra; *Matth.* VI, 3. **hEWRASTAKEINS**, Scenopegia; *Joh.* VII, 2. **hAIFTNS**, Fur; *Joh.* X, 1. **hAIGANS WRINS**: Tabernacula tria; *Marc.* IX, 5. **hAINMANS**, Aures; *Marc.* VII, 35. **hNAIWEIW SIK SIAUA**: Humiliat se ipsum; *Luc.* XVIII, 14. **hNASUGAIM WASTGRM**: Mollibus vestimentis; *Luc.* VII, 25. **hNEIWAN**, Declinare; *Luc.* IX, 12. **hRAINS**, Mundus, purus; *Matth.* VIII, 3. **hRAIWA ANBRNR RAGNK**: Turturum par; *Luc.* II, 24. **hRAMGIW**, Crucifigite; *Joh. XIX*, 6. **hRRPGAN**, Clamare; *Marc. X*, 47. **hRRT**, Tectum; *Matth. VIII*, 8. **hRNTRA**, Virgam; *Marc. VI*, 8. **hRNKIDA hANA**: Cantavit gallus; *Matth. XXVI*, 74. *Sed video me, pulchrâ quadam specie antiquitatis captum, ulteriùs processisse quàm instituti nostri ratio postulat; eoq; parciùs posthac istiusmodi exemplis insistam.*

ï *vel* **I** *referunt* Latinum I. *Sed prius illud* **ï**, *gemino in vertice puncto conspicuum, est litera initialis vel ipsius vocis, vel novæ in mediâ voce syllabæ: alterum verò* **I**, *in medio vel fine vocabulorum occurrens nullisq; supernotatum punctis, putandum est ad præcedentem aliquam Consonam vel Diphthongum arctè adeò adhærere, ut novæ syllabæ principium esse nequeat. Exempli gratiâ: Cum divus humani generis Sospitator dicit Johannis* XV, 1; **ïK ïM WEINATKIN WATA SNNGEINR**: Ego sum vitis illa vera; *prioris* **ï** *exempla præbent duo prima monosyllaba* **ïK ïM**. *alterius verò* **I** *exempla tria suppeditant tertium quintumq; hujus periodi vocabulum: & bis quidem pertinet ad Diphthongum* **EI**, *semel autem innexum est mediæ syllabæ* **TKIN**. *Ac punctati quidem* **ï** *plurima passim exempla in singulis ferè Argentei codicis paginis occurrunt, & valdè conspicuum est quotiescunque in primâ*

primâ vocabulorum fronte collocatur: medii verò, quod rariùs occurrit ac minùs emicat, exempla sunt ⱭƀⱭⱢïⱭⱠ, Vexati; *Matth.* IX, 36. ⱠⱠⱠⱭÏⅯ, Omnium; *Luc. IV*, 20. ψⱭÏƵⱹ, Qui; *Marc.* IX, 1. ГⱠÏⱰⱢϽⱭⱢⱭ ψⱢⱪ ⱭⱪψⱠⱠ: Æquabunt te solo; *Luc.* XIX, 44. ГⱠÏⱭⱭϽⱭ SIK ⅯⱭⱢГЄⅠ: Convenit turba; *Marc. III*, 20. ⱭTÏⱭⱭϽⱭ ⱭⱠⱠⱭψ: Descendit; *Matth. VII*, 25. ⱢSÏⱭⱭϽⱭ, Abiit, exivit; *Marc. II*, 12. ЄSⱭÏⱭS, Esaïas; *Marc. VII*, 6. ⱡⱡψⱡψ ⱭⱢ ⱭⱢⱭⱪⱠⱭÏⱢ: Dicit Andreæ; *Joh. XII*, 22. ЄSⱭЄÏÏⱢS, Esaïæ; *Joh.* XII, 38. ⱨⱠⱡⱭЄÏÏⱢS, Eliæ; *Luc. I*, 17. *Sed quoniam in duobus hisce Genitivis ingrato quodam hiatu concursus* I *geminati offendit aures, interposito* Ͻ *duritiem hanc emollire studuerunt. unde* ⱭƀⅠ-ϽⅠⱢ *pro Genitivo* Abiæ *occurrit Lucæ* I, 5. *imò & pro Dativo* Eliæ *legas* ⱨЄ-ⱠⅠϽⅠⱢ *Marci IX*, 5. *& Lucæ* IX, 33. *Quod verò hanc literæ* ï *punctationem à Græcis desumpserint Gothi, comprehendimus ex communi receptoq; scribendi usu quo etiamnum hodie* γριὶς *est* Anus. δαὶς, Fax, tæda. δμωὶς, Famula. ὄϊς, Ovis. ωρωὶ, Manè, *&c. nam longè se olim latiùs extendisse hanc punctandi rationem ostendunt propinqui mei Isaaci Vossii perantiquæ membranæ Glossarii Græcolatini, capitalibus Græcis literis exarati, in quibus* ÏⱠⱧΘϒÏⱭ *exponitur* Nixa. ⱧⱧⱣЄÏⱭЄS, Veneriæ. ÏΣIΣ, Isis. ÏⱭⱣΩΣ, Sudor. ÏЄⱣЄϒΣ, Sacerdos. ÏЄⱣΟⅯⱧⱧΟⅯ, Pontifex. ÏⱪTЄⱣΟΣ, Aurugo. ÏⱣⱣΟÏⱭTⱣΟΣ, Mulomedicus. ÏΣΟΣ, Æqualis. ÏΣTIⱭ, Vela. ÏXⱧΟΣ, Vestigium. ÏXΘϒЄΣ, Pisces. ⅯⱧTⱣϒÏⱭ, Noberca. ⅯϒÏⱭ, Musca. OÏΣTΟΣ, Sagitta. ϒÏΟΣ, Filius, *&c.*

Ⱪ *respondet Latino atque Anglosaxonico* C. *Omnes etenim voces quas Anglosaxones passim à* L, *rarissimè verò à* Ⱪ *inchoant, Gothi semper scribunt per* Ⱪ. *ita* ⱪⱠISⱠⱪ *codici Argenteo Lucæ II*, 1. *est* Cæsar. *item* ⱪⱠISⱠⱪIⱠ, Cæsarea; *Marc. VIII*, 27. ⱪⱠⱢⱠⱢЄITЄS, Cananæus; *Marc. III*, 18. ⱪⱭ-ƀⱠⱪⱢⱠⱢⅯ, Capharnaum; *Matth.* XI, 23. ⱪϒⱪЄⅠⱢⱠⅠⱢⅯ, Cyrenæum; *Marc.* XV, 21. ⱪⱠGⱭƀⱠS, Caïphas; *Joh. XVIII*, 14. ⱪⱠIⱭⱪⱣⱢ ψⱪ ⱪIⱢⱢⱣⱢ, Cedrum torrentem; *Joh. XVIII*, 1. *ita denique Anglosaxonicum* capa *est* ⱪⱠⱪ, Cura, sollicitudo. capcæpn *est* ⱪⱠⱣⱪⱠⱪ, Carcer. cann *est* ⱪⱠⱢⱢ, Novi, scio. ceac *est* ⱪⱠⱢⱪ, Urceus. cealð *est* ⱪⱠⱠⱭ, Frigus, frigidus. ceapian *est* ⱪⱠⱢⱢⱣⱢ, Negotiari. cinn *est* ⱪIⱢⱢ, Mentum. cynn *est* ⱪⱢⱢ, Genus, generatio. cyrran *est* ⱪⱢⱪGⱠⱢ, Osculari. cytel *est* ⱪⱠ-TIⱠ, Cacabus. cneop *est* ⱪⱢIψ, Genu. copn *est* ⱪⱠⱢⱪⱢⱣ, Granum. cuð *est* ⱪⱢⱢψS, Notus.

Ⱡ *& figurâ refert capitalem illam Græcorum literam quam* λάμβδα *nuncupant, ac potestate respondet eidem* Λ *& Latino* L. *Argenteo itaque codici* ⱠⱠIψϒI *est*

Levi; *Marc. II*, 14. ⲗⲗⲓⲅⲗⲓⲭⲛ, Legio; *Marc.* V, 9. ⲗⲗⲙⲗⲓⲕ, Lamech; *Luc. III*, 36. ⲗⲗⲍⲗⲕⲏⲥ, Lazarus; *Joh. XII*, 1. ⲗⲭⲇ, Lot; *Luc. XVII*, 29. ⲗⲩⲥⲗⲛⲓⲗⲛ, Lysaniâ. *Luc. III*, 1. ⲗⲗⲛⲫ, Folia; *Marc. XI*, 13. ⲗⲗⲛⲛ, Merces; *Matth. VI*, 1. ⲗⲉⲓⲕ, Corpus; *Matth.* V, 29. ⲗⲉⲓⲧⲓⲗ, Pusillus; *Luc.* XIX, 3. ⲗⲓⲃⲗⲓⲛⲥ, Vita; *Joh.* XIV, 6. ⲗⲓⲅⲕ, Lectus; *Matth.* IX, 2. ⲗⲓⲛⲃⲗ, Dilectus; *Marc.* I, 11. ⲗⲓⲛⲅⲛ, Mendacium; *Joh. VIII*, 44. ⲗⲓⲛⲏⲗⲫ, Lux, lumen; *Joh.* VIII, 12. ⲗⲛⲕⲗⲕⲛ, Lucerna; *Matth.* VI, 22. ⲗⲛⲥⲧⲫⲛⲥ, Concupiscentiæ, *Marc.* IV, 19.

ⲙ *respondet Latino* M. ⲙⲗⲗⲉⲓⲗⲓⲉⲗ, Malaleël; *Luc.* III, 37. ⲙⲗⲗⲕⲛⲥ, Malchus; *Joh.* XVIII, 10. ⲙⲗⲕⲫⲗ ⲥⲣ ⲙⲁⲅⲇⲗⲗⲉⲛⲉ: Maria Magdalene; *Matth.* XXVII, 56. ⲙⲗⲕⲫⲗ, Martha; *Joh.* XI, 20. ⲙⲗⲫⲫⲗⲓⲛ, Matthæum; *Matth.* IX, 9. ⲙⲭⲥⲉⲥ, Moses; *Matth.* VIII, 4. ⲙⲗⲅⲗⲫ, Virgo; *Luc.* I, 27. ⲙⲗⲅⲫⲗⲛ, Possum; *Matth.* IX, 28. ⲙⲗⲅⲛⲏⲗⲗ, Puerulus; *Joh.* VI, 9. ⲙⲗⲅⲛⲥ, Puer; *Luc.* II, 43. ⲙⲗⲏⲧⲥ, Potentia; *Matth.* VI, 13. ⲙⲗⲗⲙ, Arena; *Matth.* VII, 26. ⲙⲗⲙⲙⲭⲛⲓⲛ ⲥⲕⲗⲗⲕⲓⲛⲭⲛ: Mammonæ servire; *Matth.* VI, 24. ⲙⲗⲛⲛⲗ ⲙⲗⲧⲓⲇⲉⲇⲏⲛ: Manna manducaverunt; *Joh.* VI, 31. ⲙⲗⲛⲛⲗ, Homo; *Luc.* XX, 9. ⲙⲗⲩⲓ, Puella; *Luc.* VIII, 54. *&c.*

ⲛ *respondet Latino* N. ⲛⲗⲉⲛ *est* Naïn; *Luc.* VII, 11. ⲛⲗⲓⲙⲁⲛ ⲥⲗ ⲥⲗⲛⲕ: Naaman Syrus; *Luc.* IV, 37. ⲛⲗⲕⲭⲕ, Nachor; *Luc.* III, 34. ⲛⲗⲫⲗⲛ, Nathan; *Luc.* III, 31. ⲛⲗⲛⲉⲗ, Noë; *Luc.* XVII, 26. ⲛⲗⲍⲗⲕⲗⲓⲫ, Nazareth; *Marc.* I, 9. ⲛⲗⲍⲭⲕⲗⲓⲛⲥ, Nazaræus; *Marc. X*, 47. ⲛⲓⲕⲗⲛⲇⲉⲙⲛⲥ, Nicodemus; *Joh.* VII, 50. ⲛⲗⲗⲧ, Commissura vestis; *Luc.* V, 36. ⲛⲗⲏⲧⲥ, Nox, *Joh.* IX, 4. ⲛⲗⲙⲭ, Nomen; *Matth.* VI, 9. ⲛⲗⲕⲇⲗⲛⲥⲡⲓⲥⲧⲓⲕⲉⲓⲛⲓⲥ ⲃⲗⲗⲥⲗⲛⲓⲥ ⲡⲛⲛⲇ: Nardipistici unguenti libram; *Joh.* XII, 3. ⲛⲗⲥⲅⲗⲛⲇ, Salvator; *Luc.* II, 11. ⲛⲁⲧⲓ, Rete; *Marc.* I, 16. ⲛⲗⲩⲗⲫⲥ, Nudus; *Marc.* XIV, 52. ⲛⲗⲛⲥ, Mortuus; *Luc.* VII, 12. *&c.*

ⲫ *nunquam non respondet* O *Latino, sive sit Interjectio & solitariè ponatur, sive sit initialis litera Propriæ alicujus vel Appellativæ vocis. Interjectio* ⲫ *aliquando significat Indignationem, exprimitq; Græcum ὦ. ut* ⲫ ⲕⲛⲛⲛⲓ ⲛⲛⲅⲗⲗⲁⲛⲃⲅⲗⲛⲇⲫ: O generatio incredula; *Marc.* IX, 19. *Aliquando verò denotat Insultationem irrisionemq;, ac pro* ὀυὰ *usurpatur.* ⲫ ⲥⲗ ⲅⲁⲧⲗⲓⲕⲗⲛⲇⲥ ⲫⲣ ⲗⲗⲏ: Vah qui destruis templum; *Marc.* XV, 29. *Initiale verò* ⲫ *similiter valere*

lere O *Latinum, discimus ex sequentibus.* ᛟᚱᛒᛖᛁᛞ *est* Obed; *Luc.* III, 32. ᛟᛋᚨᚾᚾᚨ ᛁᚾ ᚺᚨᚾᚺᛁᛋᛏᚷᚨᛗ: Hosanna in excelsis; *Marc.* XI, 10. ᛟᚷᚨᚾᛞᚨᛋ ᚷᛟᚠ: Timens Deum; *Luc.* XVIII, 2. *Ut ut verò vetustissimi Gothorum innumeras voces concinnè satis in* ᛟ *terminaverint (quam eorum terminationem exinde retinuerunt Theotisci, ac secuti sunt Hispani atq; Itali) videntur tamen ipsum illud* ᛟ, *ut obscurum nimis, rarissimè in vocabulorum initiis adhibuisse, & initiale* ᛟ *juxta aversati atque* ᛖ. *nam, sicuti supra monuimus, omnia ferè vocabula Anglosaxonica,* ᛖ *initiale habentia, Gothis ut plurimùm ab* ᚨ *vel* ᚨᛁ *inchoari; ita quoque hoc in loco monendum iisdem Gothis ubique ferè* ᚾ, *sæpiùs tamen* ᚨᚾ *usurpari pro initiali* O *Anglosaxonico. Ita Anglosaxonum* oꝼep, Supra, *Argenteo codici est* ᚾᚠᚨᚱ. oꝼt, Sæpè, *est* ᚾᚠᛏᚱ. olꝼenb, Camelus, *est* ᚢᚨᛒᚨᚾᛞ. *At* ᚨᚾ *habes in* ᚨᚾᚺᚾ *pro* oꝼn, Clibanus, fornax. ᚨᚾᚺᛋ *pro* ox, Bos. ᚨᚾᚱᚴᚷᛖ *pro* opc, Genus vasis. ᚨᚾᚱᛏᛁᚩᚨᚱᛞᚨᛋ *pro* opceaꝼb *vel* opcᵹyꝼb, Hortus, *&c.*

ᛈ *& figurâ refert capitalem illam literam Græcam quam* Pi *appellant, & potestate respondet eidem, sicuti &* Latino P. *unde Argenteo codici* ᛈᚨᛁᛏᚴᚾᛋ *est* Petrus; *Marc.* III, 16. ᛈᚨᚾᚾᛏᛁᚨᚾ ᛈᛖᛁᚨᛚᚨᛏᚨᚾ ᚨᚾᚨᚠᚾᚨᚺᚺᚾᚾ ᛁᚾᚨ: Pontio Pilato tradiderunt eum; *Matth. XXVII,* 2. ᛈᚨᚱᚨᚴᚨᛖᛏᚾᛋ, Paracletus; *Joh. XIV,* 26. ᛈᚨᚱᚨᛋᚴᚨᛁᚹᛖ, Paraseeve; *Marc. XV,* 42. ᛈᚨᛋᚴᚨ, Pascha; *Luc.* II, 41. ᛈᚱᚨᚾᚠᛖᛏᛖᛋ, Propheta; *Marc.* VI, 15. ᛈᚨᚾᚱᛈᚨᚾᚱᚨᛁ ᚷᚨᚺ ᛒᚾᛋᛋᚨᚾᛗ ᚴᚨᚢᚨᛋᛁᛞᚨᛋ ᚴᚨᛋ: Purpurâ & byssо induebatur; *Luc.* XVI, 19. ᛈᚾᚾᚨ ᛒᚨᚨᛋᚨᚾᛁᛋ ᚠᛁᚨᚾᚴᚨᚨᚾᛒᛁᛋ: Libram unguenti pretiosi; *Joh.* XII, 3.

ⵔ *putatur exprimere illud* Q *quod Græci ignorant, & cujus loco Anglosaxones plurimùm usurpant* cp. *ita* cpacian *iis est* Tremere. cpealm, Pestilentia, lues. cpen, Mulier. cpencan, Extinguere. cpeꝑn *vel* cpẏꝑn, Mola. cpeꝺan, Dicere, loqui. cpic, Vivus. cpinan, Tabescere, *&c. quorum pleraque Cimbri exprimunt per* ᚹᚢ. *Latini, Franci, Franco-Galli, Itali, Hispani, Angli, Dani, superiores atq; inferiores Germani utuntur literâ* Ꝗ *ante* Ꝺ, *fatenturq; potestatem duarum literarum* Ꝯ *&* Ꝺ, *vel (quod eodem recidit)* Ꝁ *&* Ꝺ *complecti. Quamobrem quoque viri longè doctissimi censent perperam scribi* Quis, quia, quum, *pro* Qis, qia, qum: *supervacuum enim putant* V *adscribere literæ ipsum illud* V *comprehendenti; nisi fortè sequatur adhuc* V *alterum. Cæterùm nos hæc aliis discutienda relinquimus; contenti hoc in loco monuisse, quomodo* Latinum Qu *in Novo fœdere soleat reddi.* Quadrans *nimirum est* κοδράντης *Matth. V,* 26. *sicuti &* Marc. *XII,* 42. Quartus, *nomen proprium est* Κούαρτος, *Rom. XVI,* 23. *Plura id*

genus

genus in ſcriptoribus Græcis paſſim occurrunt, quæ referre ſupersedeo. Utrum verò Gothicum ⊙ *omni ex parte reſpondeat literæ* Q, *nondum ſatis mihi liquet; quoniam Argenteus codex non pauca legenti ſuppeditat vocabula quæ huic literæ non tam videntur tribuere duriorem illum ſonum quem* Q *habet, quàm leniorem aliquam aſpirationem qualis deprehenditur in Angloſaxonico* hp, *vel Anglico* **wh**. *Ita pro* ᛞᚪᚱᚪ⊙ᚪᛗᛗᛖh, Quotidie, *Angloſaxones dicunt* dæghpamlice. *atque ubi Argenteus codex Lucæ XIX, 47 habet,* ᛉᚪᛊ ᚪᚪᛁᛊᚷᚪᚾᛞᛊ ᛞᚪᚱᚪ⊙ᚪᛗᛗᛖh ïN ᛘIZᚪI ᚪᚪh: Erat docens quotidie in templo; *legas in tranſlatione Angloſaxonicâ*, he pær dæghpamlice on ðam temple læpende; *Pro* ⊙ᚪN, Quando, *Angloſaxones* hpænne *dicunt, Angli* **when**. *atque ubi Lucæ XVII, 20 legimus* ᚹᚱᚪIhᚪNᛞᛊ ᛘᚪN ᚹᚱᚪM ᚹᚪᚱᛖISᚪINM. ⊙ᚪN ᚢIMIᛘ ᛘINᛞᚪNᚴᚪᚱᛞI ᚴᚷᛘS: Interrogatus autem à Phariſæis, Quando venit regnum Dei? *Angloſaxonica verſio habet*, Ða acpodon hine ða Fapiſei hpænne Godes pice come. *Anglica*, **Then demanded of him the Phariſees when the kingdom of God ſhould come**. *Pro* ⊙ᚪᚱ, Ubi, *Angloſaxones* hpap, *Angli* **where** *dicunt. unde illud Argentei codicis Lucæ* XVII, 17; ᛘᚪI NIᚢN ⊙ᚪᚱ, Novem ubi? *Angloſaxonica tranſlatio reddit*, hpap pynd ða nigone. *Anglica*, **Where are the nine**? *Pro* ⊙ᚪᛘᚪᚱ, Quid *vel* Utrum, *de duobus, Angloſaxones* hpæðep *dicunt, Angli* **whether**. *unde Lucæ* V, 23; ⊙ᚪᛘᚪᚱ ïST ᚪZETIZᚷ ᚢIᛘᚪN: Quid eſt faciliùs dicere? *Angloſax.* hpæðep ip eðne to cpeðenne. *Angl.* **Whether is eaſier to ſay**? *Pro* ⊙IᚪEIKS, Quis, qualis, *quod habet Argenteus codex Matth.* VIII, 27; *Angloſaxones dicunt* hpilc. *Angli* **which**. *Pro* ⊙ᚪIT, Frumentum, *Angloſaxones dicunt* hpæt. *Angli* **wheat**. *Ita Johannis* XII, 24; ⊙ᚪITEIS KᚪNKNᚷ, Frumenti granum, *in tranſlatione Angloſaxonicâ redditur* hpætene copn. *in Anglicâ*, **wheat corn**. *Pro* ⊙EITᚪ, Albus, *quod occurrit Lucæ* IX, 29. *Angloſaxones dicunt* hpit *vel* hpita. *Angli* **white**. *Scoti* (*quod etiam huc facere videtur*) **quhyte** *ſcribunt. Ita Gawinus Douglas epiſcopus Dunkellenſis, uberrimi vir ingenii, in prologo* IX *Æneid. tranſlationis illius Virgilianæ quam edidit anno* MDLII. **The black craw thinkis his awin birdis quhyte**. *Iidem quoque Scoti pro Angloſaxonico* hpelp, Catulus, *ſcribunt* **quhalp**. *pro* hpiðep, Quò? **quhether**. *pro* hpæp, Ubi, **quhair**. *pro* hpæt, Quid? **quhat**. *pro* hpile, Dum, **quhile**. *pro* hpy, Quare? **quhy**. *pro* hpilc, Qualis? **quhilk**, *&c. Pro* ⊙EIᚪᚪ, Hora, ſpatium temporis, *quod paſſim habet Argenteus codex, Angloſaxones dicunt* hpile. *Angli* **while**. *Unde eidem quoque codici Argenteo Marci* IV, 17 ⊙EIᚪᚪ⊙ᚪIKᚱᚪI *vocantur* Temporales, *i. e. ad tempus tantùm credentes. Angloſaxonicæ verſioni iſthoc in loco* unpaðolfæpte, *alibi verò* hpil-

hpilpenðlice *dicuntur*. *atque ut* hpilpenðlic *iſtud eſt à* hpil, Momentum temporis, *&* penðan, Mutari, unde veneras redire: *ita quoque* ⊙ЄIΛΛKΛIKЬΛI *dicti à præcedente* ⊙ЄIΛΛ, *& illo* ⊙ΛKЬΛN *vel* ⊙ΛIKЬΛN *quod Argenteo codici eſt* Ire, præterire, tranſire. *& pro quo Angloſaxones* hpeopꝼan *vel* hpÿpꝼan, *Theotiſci* uuerben *vel* huuarben *dicunt. Ab eodem interim* ⊙ΛKЬΛN *ipſi quoque poſteriores Sueogothi (quod mihi hoc in loco palmarium eſt) deprehenduntur* Commune populi concilium warb *vel* warph *dixiſſe, & ipſi quoque priſcam hanc literam in* W *commutantes. Omnino vide Gloſſarium in* ⊙ΛIKЬΛN. *Cæterùm ut hæc, meo quidem judicio, ſatis evincunt Gothicum* ⊙ *in vocabulorum initio leniorem olim habuiſſe pronuntiationem, ita quoque eundem ei ſonum in medio vel fine vocabulorum tribuet, quiſquis animum ſuum intendet in verbum* SΛI-⊙ΛN *vel* ΓΛSΛI⊙ΛN, Videre, *ſicuti & in ejus Præt. perf.* ΓΛSΛ⊙, Vidit, *quod occurrit Marc.* I, 10. *& Luc.* I, 22. *ubi Angloſaxonica tranſlatio habet* ȝeſeah, *Theotiſca* giſah. *Belgica denique* ſach *vel* geſach. *neque enim leniorem hanc terminationem Præteriti perfecti ſervâſſent idiomata ex vetuſtiſſimâ linguâ tradućta, ſi finale illud* ⊙ *poteſtatem habuiſſet* Q *literæ, prout nunc eam pronuntiamus. Fortaſſè quoque antiquam literæ* Q *pronuntiationem vel poteſtatem nonnihil illuſtrat, quod Angloſaxonicum* cpic, Vivus *in gloſſis Alamannicis frequenter ſcribitur* quic / quec / chuich / qhuecc / *&c.* quicca ſe / Animalia; *gl Lipſii.* quecſelver / Humectum, quod vulgo vocant Argentum vivum; *gl D*, 14. archuicche / Refoveat; *gl B*, 46. auur erquhichit / Redivivum; *gl C*, 15. qhuec mardaro. fleiſc quecchaz / Caro viva; *gl B*, 11. *Plura his ſimilia mox adferemus in literâ* U.

K *reſpondet Latino* R. KΛЬЬΛNNEI, Rabboni; *Marc.* X, 51. KΛЬ-ЬEI KΛЬЬEI, Rabbi Rabbi; *Marc.* XIV, 45. KΛΓΛN, Ragau; *Luc.* III, 35. KΛΓINEIS ΓNΔS, Decurio nobilis; *Marc.* XV, 53. KΛhNEIW MΛNYI: Computat ſumptus; *Luc.* XIV, 38. KΛhNIWS ΨAS MIW NNSIЬGΛIM: Reputatus eſt cum iniquis; *Marc.* XV, 28. KΛIh-TΛЬΛ, Rectè; *Luc.* VII, 43. KΛKΛ, ῥακὰ, Convitium in ſtuporem; *Matth.* V, 22. KΛSTΛ ΛINΛ: Miliare unum; *Matth.* V, 41. KΛW-ΓΩN NSΓIꝼ: Rationem redde; *Luc.* XVI, 2. KΛWIZΩ ÏST: Facilius eſt; *Luc.* XVIII, 25. KΛNNGΛN ΛhSΛ: Vellere ſpicas; *Marc.* II, 2. KΛNS, Arundo; *Luc.* VII, 24. KΛZDΛ, Loquela, ſermo; *Matth.* XXVI, 73. KΛZN, Domus; *Marc.* XI, 17. KNꝼΛNS ΛTTΛN: Rufi patrem; *Marc.* XV, 21.

S *reſpondet Latino* S. SΛЬЬΛTΩ, Sabbatum; *Marc.* II, 17. SΛMΛ-

ᚴᛁᛅ, Samaria; *Luc.* XVII, 11. ᛋᚨᛏᚨᚾᚨᛋ, Satanas; *Marc.* III, 23. ᛋᚨᚿᛞᚨᚿᛘᚨ, Sodoma; *Luc.* XVII, 29. ᛋᚨᚿᛚᚨᚿᛘᛦᚿ, Salomon; *Matth.* VI, 29. ᛋᚨᚿᚴ, Syrus; *Luc.* IV, 27. ᛋᚿᛁᚴᚿᚨᚱᛏᛦᚱ, Spiculator; *Marc.* VI, 27. ᛋᛁᛦᚿ, Sion; *Joh.* XII, 15. ᛋᛘᚨᛁᛦᚿ, Simeon; *Luc.* II, 25. ᛋᚨᛞ ïᛏᚨᚿ: Implere ventrem; *Luc.* XV, 16. ᛋᚨᛁᚨᚿ, Serere; *Marc.* IV, 3. ᛋᚨᛁᛟᚨᚿ, Videre; *Luc.* VII, 24. ᛋᚨᛁᛘᚨᚨᚨ, Anima; *Luc.* I, 46. ᛋᚨᚨᛒᛦᚿ, Unguere; *Marc.* XIV, 8. ᛋᚨᚨᛏ, Sal; *Marc.* IX, 15. ᛋᚨᚿᛞᚷᚨᚿ, Mittere; *Luc.* XX, 11. ᛋᚨᚿᚿ, Redemptio; *Luc.* X, 45. ᛋᚨᚿᚴᚷᚨ, Dolor, triſtitia; *Joh.* XVI, 20. *&c.*

ᛏ *reſpondet Latino* T. ᛏᚨᛁᛏᚴᚨᚱᚴᛖᛋ, Tetrarcha; *Luc.* IX, 7. ᛏᚨ-ᛚᛖᛁᛘᚨ, Talitha; *Marc.* V, 41. ᛏᛖᛁᛒᚨᛁᚴᛁᚿᛋ, Tiberius; *Luc.* III, 1. ᛏᚨᚱᚨᚨ ᚺᚨᚿᛒᛁᛞᛁᛋ: Capilli capitis; *Matth.* X, 30. ᛏᚨᚱᚴᛁᛞᚨ, Lachrymatus eſt; *Joh.* XI, 35. ᛏᚨᚺᚷᚨᚿᛞᛋ ïᚿᚨ: Diſcerpens eum; *Marc.* IX, 26. ᛏᚨᛁᚺᛋᛦᚱ, Dextra; *Matth.* VI, 3. ᛏᚨᛁᚴᚿᛋ, Signum; *Luc.* II, 12. ᛏᚨᛁᚿᛋ, Palmes; *Joh.* XV, 4. ᛏᚨᚨᛉᚷᚨᚿᛞ, Præceptor; *Luc.* V, 5. ᛏᚨᚿᚷᚨᚿ, Agere, facere; *Matth.* VI, 1. *&c.*

ᚠ *reſpondet Latino* TH, *Græco* Θ, *Angloſaxonico* Ð. ᚠᚨᛞᛞᚨᛁᚿᛋ, Thaddæus; *Marc.* III, 18. ᚠᛁᚨᚿᚠᛖᛁᚨᚿᛋ, Theophilus; *Luc.* I, 3. ᚠᚨᚱᛁᚿᛋ ᛋᚿᚿᚨᚿᛋ: Tharæ filii; *Luc.* III, 34. ᚠᛦᛘᚨᛋ, Thomas; *Joh.* XI, 16. ᚠᛘᛁᚨᛘᛁᚿᛋ Θᛖᛁᚨᛚᛁ: Incenſi horâ; *Luc.* I, 10. ᚠᚨᚱᚴᚷᚨᚿ, Cogitare; *Luc.* V, 21. ᚠᚨᚺᚨᚿᛞᛋ, Tacens; *Luc.* I, 20. ᚠᚨᛁᚺ, Proficiebat; *Luc.* II, 52. ᚠᚨᛁᚱᚴᛋ ᚿᛖᚠᚨᛦᛋ: Foramen acus; *Marc.* X, 25. ᚠᚨᚱᚠ, Neceſſe habeo; *Luc.* XIV, 18. ᚠᚨᚿᚴᛒᚿᚿ ïᛞᚴᛖᛁᚱᛦᛋ: Indigent pœnitentiâ; *Luc.* XV, 7. ᚠᚨᚿᚴᚿᚷᚿᛋ, Spinæ; *Marc.* IV, 7. ᚠᚨᚿᚴᛋᛖᛁᚠ, Sitit; *Joh.* VI, 35. ᚠᚨᚿᚴᛋᚿᛋ, Aridus; *Luc.* VI, 6. *&c.*

ᚿ *reſpondet Latino* U. *Ita* ᚿᚠ *Gothis eſt* Sub: *unde* ᚿᚠ ᛋᚴᚨᛞᚨᚿ ïᛋ: Sub umbrâ ejus; *Marc.* IV, 32. ᚿᚠᚨᚱ *eſt* Super: *unde* ᚿᚠᚨᚱᚨᛋᛋᚨᚿ ᚺᚨᛒᚨᚿᛞ ᚺᚨᛚᛁᛒᛖ: Abundant panibus; *Luc.* XV, 17. ᚿᚠᚨᚱᚿᛞ-ᚷᚨᛘ ᚨᛏᛚᛒᚨᛞᚨ: Principibus ſacerdotum tradetur; *Marc.* X, 33. ᚿᚠᚨᚱᛘᛖᚨᛁ: Titulus; *Marc.* XV, 26. ᚿᚠᚨᚱᛋᛏᛁᚱᚿᚿ ᚠᚨᛁ ᚠᚨᚿᚴᚿ-ᚷᚿᛋ: Aſcenderunt ſpinæ; *Marc.* IV, 7. ᚿᚿ *in compoſitione eſt Negativum: unde* ᚿᚿᚨᚱᛖᛁᚿ *eſt* Sinè timore; *Luc.* I, 74. ᚿᚿᛒᚨᛁᚴᚨᚿᛞᛋ, Non ferens fructum; *Luc.* III, 9. ᚿᚿᛒᚨᚱᚿᚨᚺᛋ, Qui ſinè liberis eſt; *Luc.* XX, 28. ᚿᚿᛒᚿᚴᚿᚷᚨᛁ, Inutiles; *Luc.* XVII, 10. ᚿᚿᚺᚨᛁᚨᚨᚿᛋ, Malè habentes; *Luc.* V, 31. ᚿᚿᚴᚨᚱᚷᚨᚿᛋ, Securi; *Marc.* IV, 15. ᚿᚿᛚᛖᛞᚨᛁ, Pau-

Pauperes; *Matth.* XI, 5. ᚾᚾᛊ᛫ᛚ, Nequam; *Matth.* VI, 23. ᚾᚾᛊᚠ᛫ᚴᛊ, Sinè honore; *Marc.* VI, 4. ᚾᚾᚾᛊᛚᚨᛁᛊᛁᚠᛊ, Qui non didicit; *Joh.* VII, 15. *&c.*

ᚢ *Neſcio quod nomen priſca gens Gothorum indiderit huic literæ. Poteſtas verò ejus videtur eadem cum ſequente* ᚠ. *Niſi fortè aliud inter utramque diſcriminis in ſono putemus obſervâſſe Angloſaxones atque Alamannos; quorum hi pleraſque voces Gothicas ab hac literâ incipientes, ut plurimùm à* q *vel* qh *vel* ch *inchoant; illi verò à* cp. ᚢᛁᚾᚷ *certè, item* ᚢ᛫ᛁᚾᛊ *vel* ᚢ᛫ᚾᛊ *Argenteo codici paſſim vocatur* Mulier, femina. *Angloſaxones* cpen *dicunt; Alamanni* quena *vel* chuena. *ita legimus Hymno XIX,* 6; angil forachuuidit chuuenom / Angelus prædicit mulieribus. ᚢᛁᚠᚨᚾ *Argenteo codici eſt* Dicere. *Angloſaxones* cpe᛫ðan *dicunt; Alamanni* queden / *ac ſæpiùs* chueden / qhueden / quheden *ſcribunt, initiale* q *diverſis modis adſpirantes.* Dicere, qhuuedan. Dicit, qhuuidit. Dicam, qhuidu. Dixi, qhuad ih. Dicat, qhuede. Dicens, qhuedanti. Dicto verſu, kachuetanu verſe / *&c. Kero.* Benedicimus te; uuelaquhedemes thih. *Hymn. XXVI,* 12. Refello, ferqhuido. Renuit, ferquhat. *gl* C, 15. Adſerit, qhuidit. feſtinot. *gl C,* 3. Condictum, ſamanqhuit. *gl B,* 7. Præfatus, foraquhetan. *gl C,* 11. Sententia, kaqhuit. *Kero.* Multifariè, manegen quhitin. *gl C,* 6. Tropus, meȝ quhitio. *gl C,* 20. Verborum tenus, ſo ſo quhidu. *gl C,* 21. Verbi gratiâ, ſo ſo quhido. *Appendix gloſſarii C.* ᚢᛁᛗᚨᚾ *Argenteo codici eſt* Venire. *Angloſaxones* cuman *dicunt. Alamanni* comen / quemen / chuemen / qhumen / *ſimiliter variè.* Venire, qhuueman. Veni, qhuuam. Venerunt, qhuamun. Venite, qhuemat / *&c. Kero.* Pervenit, qhuam. *Hymn. XX,* 3. Veniſti, chuami. *Hymn.* VI, 4. Adveniat regnum tuum, aȝ quheme richi dinaȝ. *Hymn.* II, 7. Advena, chuuemaner. *gl B,* 1. Venturus, chumftiger. *Hymn.* I, 7. VI, 1. XXVI, 8. Poſteritas, aftarchumft. *gl B,* 38. naqhumft, Succeſſio. *gl B,* 49. Prodeunti, furiquhementi. *gl C,* 13. ᚢᛚᛁᚴᚾᛊ *Argenteo codici eſt* Mola. *Angloſaxones* cpe᛫n *dicunt. Alamanni* chuuern. ᚠᚱᚨᚢᛁᛊᛏᚷᚨᚾ *Argenteo codici eſt* Perdere, diſſipare, conſumere. *Teutones* quiſten / verquiſten *dicunt.*

Cæterùm ſicuti ex jam dictis manifeſtum eſt ᚢ *initiale Angloſaxonibus per* cp, *Alamannis verò per* ch *vel* q *aſpiratum exprimi, ita quoque diſcimus ex ſequentibus illud ipſum* ᚢ *quandoque etiam in medio vocum Angloſaxonibus perſæpè valere* c, *Alamannis verò* c *vel* ch. *Ita* ᚾᚨᚢᛚᚹᛊ, Nudus, *Angloſaxonibus eſt* nacod. *Alamannis* naccot / nachet / nahhut. *Similiter* ᚨᚢᛁᛉᛁ, Securis, *Angloſaxonibus dicitur* acaȝe. *Alamannis* acus / achus. *Manifeſtè quoque* ᚢ *illud in mediis vocibus refert poteſtatem duplicis* V. *neque enim video quomodo aliter aut accipi aut legi poſſint* ᚾᚨᚢᛚᚹᛊ *&* ᚨᚢᛁᛉᛁ. *item* ᚠᚴᚱᚨᛁᚢᚷ, Prava; *Luc.* III, 5.

ΓΛUIИИϚΔΛ, Revixit; *Luc.* XV, 35. ЅИΓUИИ, Mergebantur; *Luc.* V, 7. ЅTIΓUΛИ ΔИ ϒIΓΛИИΛ, Committere bellum, inire prælium; *Luc.* XIV, 31. ΓΛUИMΨΛ, Synagoga; *Joh.* XVIII, 20. *quod manifestè est ex* ΓΛUIMΛИ, Convenire, congregare.

ϒ *respondet Anglosaxonico* Þ, *vel duplici* V. *Aliquando etiam exprimit Græcum* υ ψιλὸν, V tenue. *Anglosaxonicum* Þ *exprimit in principio, medio, & fine quorundam vocabulorum Gothicorum. In principio: ut* ϒΛIΛΛ, Benè; *Marc.* VII, 6. ϒΛIKΨS, Dignus; *Matth.* VIII, 8. ϒΛИKKGΛИ, Operari; *Joh.* IX, 4. ϒЄΓS, Motus; *Matth. VIII*, 24. ϒЄIN, Vinum; *Luc.* V, 37. ϒIΓS, Via; *Joh.* XIV, 6. ϒILGΛ, Voluntas; *Matth.* VI, 10. ϒINΔS, Ventus; *Marc. IV*, 39. ϒINTKИS, Hyems; *Joh.* X, 22. ϒITΛИ, Scire; *Marc. VII*, 24. ϒRΔS, Dæmoniacus, *propriè* Rabidus, furibundus; *Marc.* 5, 18. ϒKRhGΛИ, Accusare; *Luc. VI*, 7. ϒИΛÞS, Lupus; *Joh.* X, 12. ϒИΛΨИS, Gloria; *Matth. VI*, 13. *Compluria quæ hoc in loco, prout occurrebant, congessi exempla, cum similibus atque idem significantibus vocabulis Anglosaxonicis contendam, ut ex earum comparatione liqueat Gothorum* ϒ *respondere Anglosaxonico* Þ, *ac simul etiam ex pauculis hisce deprehendat Lector miram Anglosaxonicæ linguæ cum Gothicâ vetere convenientiam: siquidem* pel *vel* pell *Anglosaxonibus est* Benè: peoꝛƀ. puꝛƀ. pyꝛƀ, Insignis, omni honore dignus. peoꝛcan. þyꝛcan, Operari. peȝan, Movere. þin, Vinum. peȝ, Via, þilla. Voluntas. þinð, Ventus. þinteꝛ, Hyems. þitan, Scire. poð, Insanus. þþeȝan, Accusare. pulꝛ, Lupus. puldoꝛ, Gloria, *&c. Locum quoque habet hæc litera in medio vocum Gothicarum, & in fine. In medio: ut* ΔΛϒЄIΔ, David; *Marc.* XII, 36. ΛΛIϒI, Levi; *Luc.* V, 27. ΒΛИΔϒGΛИ, Innuere; *Luc.* I, 22. MΛИϒGΛИ, Parare, præparare; *Luc.* I, 17. ΛΓΓϒИ ΔΛИK, Angusta porta; *Matth.* VII, 14. ЅIΓΓϒΛИ ΒRKRS: Legere librum; *Luc.* IV, 16. NI ΨΛTΛ ИS-ЅИΓΓϒИΔ: Nec hoc legistis? *Luc.* VI, 3. ЅϒИMSΛ, Natatorium; *Joh.* IX, 7. *In fine: ut* ΛIϒ, In æternum; *Joh.* X, 28. ÞKΛIϒ, Semen; *Marc.* IV, 27. ϒΛИKSTϒ, Opus; *Marc.* XIV, 16. *Joh.* VI, 29. *Restat nunc ut quibusdam quoque exemplis ostendamus Gothicum* ϒ *in mediis quandoque vocibus vim Græci* υ *obtinere. Ita* ΨИMIΛMINS *ponitur pro* θυμιάματα, *Luc.* I, 10. ΒϒSSΛMMI *pro* βύσσῳ, *Luc.* XVI, 19. ЅПϒKЄIΔΛИS *pro* πτυείδας, *Marc. VIII*, 8. KϒKЄINΛIΛИ *pro* Κυρηνίᾳ, *Luc.* II, 2. ΛϒSΛNIΛИS *pro* Λυσανίᾳ, *Luc.* III, 1. ЅϒMΛIRN *pro* Συμεὼν, *Luc.* II, 25. ЅϒNΛГRGЄN *pro* συναγωγὴν, *Marc.* I, 21. TϒKIM *pro* Τύρῳ. *Matth. XI*, 22. *Non est interim cur aliquis arbitretur Gothos penuriâ literarum adactos uni literæ duplicem tribuisse potestatem, quum*

quum ex allatis manifestum sit eos in patrii sermonis vocabulis constanter Y *pro* Vau *vel Anglosaxonico* Þ *usurpâsse: in exteris verò, Græcis præsertim, adhibuisse* Y *loco Græci* υ, *vel capitalis ejus* Y, *propterea quòd viderent figuram patrii* Y *quàm proximè accedere ad hanc Pythagoræ literam.*

X *codici Argenteo non est* X *Latinorum vel* Ξ *Græcorum, sed exprimit Græcum* χ, *ac figurâ proximè refert Latinum* X *capitale, nisi quod sit aliquantò exilius atque incultius. Occurrit passim in compendiosâ voce* Christus, *quæ constat literis duabus* XS, *superductâ lineolâ. & quamvis* Zacharias *codici Argenteo Lucæ capite Primo aliquoties scribatur* ZAKARIAS, *ejusdem tamen Euangelii cap. III, 2 legas* ZAXARIÏNS SNNAN. *quamvis etiam* Pascha *codici Argenteo sæpiùs dicatur* PASKA, *Johannis tamen VI, 4. sicuti & XVIII, 28 & 29* PASXA *scribitur. in quibus tamen locis illud ipsum* X *valde exile est ac solitò negligentius pingitur, tanquam alienum. nam pro suo Gothos non agnovisse, vel ex eo liquere potest, quòd* χ *Græcum alibi frequenter mutent in* K. *Ita* TAITKAKKOS *scribunt pro* τελώνης, *Luc.* IX, 7. ZAKKAINS *pro* Ζακχαῖος, *Luc.* XIX, 2. KANKAZEIN *pro* χωλάζειν, *Luc. XII*, 13. TKAKANNEITIDANS ANDAIS *pro* Τελωνίτιδος χώρας, *Luc. III*, 1. *Scripturi verò nomina in quibus necessarium videbatur* ξ *Græcum adhibere, omisso eo, usurpârunt* KS *ejus loco. quomodo* AKEAKSAD *Luc. III*, 3 *est* Ἀφαξάδ. *Marci quoque XV*, 21 ALAIKSANDRANS *est* Ἀλεξάνδρου.

Z *respondet Græco capitali* Ζ *& figurâ & potestate. unde & Lucæ capite Primo aliquoties occurrit* ZAKARIAS *pro* Ζαχαρίας. *Quamvis non tantùm peregrinum* Zachariæ *vocabulum, atque alia id genus nomina propria, ab hac literâ inchoaverint Gothi, sed eâ quoque utantur in medio vocabulorum merè Gothicorum. quomodo Argenteo codici* AIKZGANDS *est* Seductor; *Matth.* XXVII, 63. AZETIZA. AZITIZA, Facilius; *Matth.* IX, 5. *& Marc.* X, 25. BATIZA, Melius; *Luc.* V, 39. FRADAZANS, Prudentiores; *Luc.* XVI, 8. GNHIZA, Junior; *Luc.* XV, 12. HAZGAN, Laudare; *Luc.* XIX, 37. HNZA, Thesaurus; *Matth.* VI, 21. IZVIS, Vos; *Matth.* V, 30. MAIZA, Major; Luc. VII, 28. MANAGIZA, Plus, abundantius; *Marc.* XII, 33. *Joh.* X, 10. MAKZGAN, Scandalizare; *Matth.* V, 29. RAPIZA, Facilius; *Luc.* XVIII, 25. RAZDA, Loquela; *Matth.* XXVI, 23. RAZN, Domus; *Marc.* XI, 15. *&c.*

Anonymus quidam vir doctus, cujus commentariolum de Literis & linguâ Getarum sive Gothorum edidit Bon. Vulcanius Lugduni Batavorum anno CIↃ IↃ XCVII,

addit huic Alphabeto literam H, *veluti inventam sibi in Argenteo codice Marci XIV*, 51. *vultq; eam figurâ & potestate respondere Græco* ἦτα *capitali. Ego tamen & complures mecum viri oculati nusquam ibi, quod affirmat vir doctus,* ΓΚΗΠΕΝ *scriptum invenimus, sed* ΓΚΙΠΠΝ ΪS ΨΛΙ ϬΠΓΓΛΛΛΠΔЄIS. *Hoc obiter præmonendum putavi; quoniam interest meâ ne quis, viri docti authoritate inductus, arbitretur me nimis indiligenter, ne dicam oscitanter, Gothicarum literarum numerum ac potestatem ex Argenteo codice tradidisse.*

Injectâ interim Commentarioli hujus mentione, oportunè quoque venit in mentem ejus epistolæ quam super Authore præfati opusculi pluribusque aliis rebus huc spectantibus olim ad me dedit magnus ille ac multæ lectionis Antistes JACOBUS USSERIUS *Archiepiscopus Armachanus totiusq; Hiberniæ Primas, &c.*

Viro cl. Francisco Junio Franciſci filio Jacobus Armachanus ſalutem.

A Bonaventurâ Vulcanio editi habentur viri cujusdam docti Anonymi commentarioli duo: in literas Gothicas, ex vetustissimo quodam Codice argenteo (ut eum vocat) sumptas, unus; in alphabetum Gothicum (quod Gothicum tamen omnino non est) & Notas Lombardicas in alio quodã vetustissimo codice repertas, alter.

Argenteus ille codex membranaceus, qui quatuor Evangelia aureis & argenteis literis Gothicè descripta continebat, ad Werdeni sive Werdinensis monasterii bibliothecam pertinuit, in regione Bergensi quatuor ferè à Coloniâ Germanicis miliaribus distantis. Inde ex VI° Matthæi & I° Marci capitulo ab Arnoldo Mercatore nonnulla descripta, Inscriptionum suarum corpori (pag. CXLVII & CXLVIII) inseruit Gruterus.

In-

Indidemque Orationem Dominicam cum aliis quibuſdam particulis, ab Antonio Morillono tranſſcriptam, in Gotodanica ſua Joh. Goropius Becanus (Originum Antverpian. lib. VII, pag. 739. 740. & 750.) retulit: quorum cum iis, quæ à Vulcanio ſunt edita, collatione factâ, oborta mihi aliquando eſt ſuſpicio, non alium eruditi illius in literas Gothicas commentarioli authorem fuiſſe, quàm Antonium ipſum Morillonum, qui Antonio Perrenoto Cardinali Granvellano à bibliothecâ fuit & Latinis epiſtolis.

Neque verò ad alium quàm ad Cardinalem illum ea verba ſpectâſſe ſum opinatus, quæ in ſecundi Commentarioli principio leguntur: *Quemadmodum Dominatio veſtra monet, ita eſt. Omnino enim præſens opuſculum interpres eſt alterius operis, nempe Vocabularii*, &c. quamquam authorem ſimul cùm Domino ſuo plurimùm à vero hîc aberraviſſe, nullum ſit dubium: quum Codicem illum à Notarum, ſive Romanæ ſcripturæ compendiorum, collectaneis, quæ Tyronis ac Senecæ nominibus inſignita Gruterus poſtea in lucem edidit, nihil differre deprehenderimus. Ut fruſtra author hic ſibi perſuaſerit, ad aliud aliquod opus referenda iſta fuiſſe; *cujus uſus fuerit, aulicos legatos, qui Gothi erant, docere Lombardicè, ut intra Italiam cum principibus Italicis poſſent perorare.*

Codicem alium Gothicum aureis argenteiſq; characteribus papyro exaratum, & non Evangelia tantùm, ſed univerſum etiam Novum Teſtamentum, complectentem, in bibliothecâ Hermanni Comitis Newenarii extitiſſe, Philippus Marnixius

Do-

Dominus Sanct-Aldegundius (apud Sibrandum Lubberti de princip. Christianorum dogmatum lib. 3. cap. 7.) confirmat; in quo Orationis Dominicæ idem quod in libro Werdinensi habebatur initium; *Atta unsar thu in himina*, &c. Cujusmodi Novum Testamentum ad suas etiam manus perveniſſe Matalius Metellus Sequanus (apud Suffridum Petrum, Præfat. in Scriptor. Frisiæ Decad.) est testatus. Ubi & illud notandum; Orationem Dominicam Gothicam doxologia illâ concludi, quæ in vetere Latinâ Bibliorum editione desideratur. Ut ex Græco fonte Gothicam istam Novi Testamenti versionem derivatam esse appareat, & ex ipsius Wulfilæ primævâ traductione descriptam. Hunc enim primum literas apud Gothos inveniſſe, & Scripturas sacras in eorum linguam convertisse, Socrates, Sozomenus, Isidorus Hispalensis (in Gothorum Chronico) & Martyrii Nicetæ scriptor (apud Simeonem Metaphrastam, die 15° Septembris) nos docent: quorum postremus (cum Sixto Senense, libro IV° Bibliothecæ sanctæ) *ex Græco* translationem illam fuisse factam, expressè indicat.

Quò referendus est & ille Walafridi Strabi locus, De rebus Ecclesiasticis cap. 7°; *Et, ut Historiæ testantur, postmodum studiosi illius* [Gothorum] *gentis divinos libros in suæ locutionis proprietatem transtulerunt: quorum adhuc monumenta apud nonnullos habentur. Et fidelium fratrum relatione didicimus, apud quasdam Scytharum gentes, maximè Tomitanos, eâdem locutione divina hactenus celebrari officia.* Et quod à Josepho Scaligero est additum (Canon. Isagog. libro 3. pag. 138.) *Gothos etiamnum in iisdem regionibus degere*

sub

ſub Præcopenſi Tatarorum dynaſtâ, & utrumque Teſtamentum, iiſdem literis quas excogitavit Wulfila, conſcriptum, & eâdem linguâ quâ tempore Ovidii utebantur interpretatum, legere. Quæ eò à me adducta ſunt omnia, ut, quâ ratione Gothicam ex Græcâ ſcriptionem Wulfilas efformaverit, in priore illo Commentariolo declarari ſubindicarem. De quo integrum tamen tibi judicium relinquo. VALE.

Londini. v Nonas Julias, anno æræ
Chriſtianæ M DC LI.

Argenteus codex unico puncto denotat ſenſum imperfectum; at perfectum concludit punctis duobus.

Præcipuæ ejuſdem Codicis abbreviaturæ ſunt in vocibus ᚦᛚᚺ. ᚴᚱᛉ. ᛁᛚᛁ-ᛋᚾᛋ. ᚷᚱᛁᛋᛏᚾᛋ. *ſiquidem pro iis paſſim occurrit* ᚦᛚ. ᚴᛉ. IS. XS, *lineolâ omnibus ubique ſuperinductâ. Nos harum vocum rectos obliquóſq; caſus integrè damus, ne quid moretur legentes.*

Idem denique Codex lineolam ſuperſcribit literis, quibus numeros exprimunt Gothi. Nos, omiſſâ lineolâ, puncto hinc inde adjecto diſcernimus eas à reliquo contextu; ne ſingularum numeralium literarum, etiam earum quæ ſemel tantùm aut bis in toto Codice occurrunt, peculiares typi forent exſculpendi.

Atque hæc quidem potiſſima ſunt quæ de Gothico alphabeto præmonſtranda præmonendáq; videbantur. Proximum eſt ut nonnulla quoque de Runis addam ex Runicâ literaturâ Olai Wormii, nec non ex ejuſdem Faſtis Danicis.

RUnicarum literarum, *juxta Romani alphabeti ſeriem diſpoſitarum, Nomen, Figura, Poteſtas.*

Aar, *pingitur* ᛅ, *& valet A.*

Biarkan, *pingitur* B, *& valet B.*

Kneſol, *pingitur* ᛁ, *& valet C.*

Duſs, *pingitur* ᚦ *vel* ᛏ, *& valent D.*

Stungen Jis, *pingitur* ᛁ, *& valet E.*

Fie, *pingitur* ᚠ, *& valet F.*

Stungen Kaun, *pingitur* ᚡ, *& valet G.*

Hagl, *pingitur* ᚼ, *& valet H.*

Jis, *pingitur* ᛁ, *& valet I.*

Kaun, *pingitur* ᚴ, *& valet K.*

Lagur, *pingitur* ᛚ, *& valet L.*

Madur, *pingitur* ᛘ, *& valet M.*

Naud, *pingitur* ᚾ, *& valet N.*

Oys, *pingitur* ᚬ, *& valet O.*

Stungen Birk, *pingitur* ᛒ, *& valet P.*

Kaun *in Runicis monumentis supplet locum Latini* Q; *sed rarissimè occurrit. Sæpiùs abhibent* ᚴᚢ *ejus loco.*

Ridhr, *pingitur* ᚱ *vel* ᛅ, *& valent R. Prior nota locum habet in vocabulorum principio & medio & fine quandoque, posterior verò in fine tantùm.*

Sol, *pingitur* ᛋ, *& valet S.*

Tyr, *pingitur* ᛏ *vel* ᛐ, *& valent T.*

Ur, *pingitur* ᚢ, *& valet U vocale.*

Stungen Fie, *pingitur* ᚠ, *& valet V consonum; quod quidam* Vau *nuncupant. aliis est W.*

. . . . . *Runica monumenta* ᛭ᛋ *usurpant pro X.*

Stungen Ur, *pingitur* ᚤ, *& valet Y.*

Stungen Dufs, *pingitur* ᚦ, *& valet TH.*

Cimbri veteres omnes literas majusculo ductuum tenore delineabant, eóque nullas agnoscebant Capitales literas. In hujus verò Alphabeti notatione illas tantùm communes maximéq; receptas Runarum figuras, ex multiplici earum varietate, Lectori exhibuimus, quibus veterum Danorum Fasti ab Olao Worm editi consignantur; nisi quòd

quòd in literâ Kaun *denotandâ prætulimus antiquiorem illam Figuram, quam ipſe Wormius ſervavit in exprimendâ Poteſtate literæ* Q, *cujuſque genuinam ac verè antiquam delineationem exhibet nobis illud* Stungen Kaun *quod ipſe Wormius ait reſpondere Latino* G.

In iiſdem quoque Faſtis ac Runicâ literaturâ idem Wormius obſervat complures literas, aliquam Poteſtatis convenientiam habentes, frequenter ita permutari ut una ſuppleat vicem alterius; atque adeò duplex triplexve quandoque ſit valor unius literæ.

Latini certè C *perſæpè Poteſtatem habet* ᛚ, *ut in* ᚾᚢᛚᛁᛦᚢᛋ, Lucianus. ᚠᛦᚱᛋᚾᛁᚢᛋ, Marcellinus. ᚠᛁᚴᛋᚴᛁᚢᛋ, Vincentius. *Quandoque tamen & pro* T *ponitur, præſertim ubi* T *ut* C *pronuntiatur, quemadmodum patet ex penultimâ ſyllabâ nominis proximè præcedentis: pari quoque ratione ſcribebant* ᚠᚢᛁᚴ-ᛁᛦᚢᛋ, Quintianus. ᚠᛦᚱᛁᛦ ᚼᚠᛁᛒᛁᛦᚴᛦ, Maria Egiptiaca. *Nonnunquam pro* S *ponitur; ſicuti videmus in* ᚠᚢᛁ, gus, *i. Dei*

Sicuti verò hæc litera ᛚ *aliarum ſubinde literarum locum ſupplet, ita & aliæ hujus.* ᚠ *certè pro* ᛁ *ponitur in* ᚠᛦᚴᚢᛋᚢᛋ, Canutus. ᚠᛦᚱᛟᚴᛦ, Corona. ᚠᚾᛦᚱᛦ, Clara. *Item* ᚺ *pro* ᛁ *ponitur in* ᚠᚱᚢᚺᛁᚺ, Crucis; *nam Faſti in menſe Majo ſcribunt* ᚠᚱᚢᚺᛁᚺ ᚠᚼᚺᚾᛦ, Cruſis meſſa, *pro Crucis feſtum.*

D *ſortitum eſt duplicem Notationem.* ᛏ *ſcilicet &* ᚦ. *Ita* ᛏᛚᚼᚺ, dahs *eſt Dies.* ᚠᚢᛁᚴᚼᛁᚢᚠᛁᚺ, Quindilmis. ᚫᚱᚱᛁᛦᚴᚢᛋ, Adrianus. ᚪᚾᚼᚺᛁᛦᚴᚼᚺᚳ, Alexander.

Quamvis etiam T *duplicem invenerit Figuram,* ᛐ *videlicet ac* ᛏ, *aliquando tamen ejus loco* ᚦ *ponitur, ut in* ᚠᛁᚱᚦᚱᚢᚦᛁᚺ, Gertrudis. *quod punctatum valet* TH. *Ita* ᚫᚠᚫᚦᛦ *eſt* Agatha. ᚠᛦᚼᚢᛋ, Matheus, *&c.*

De ᛚ *quod quandoque pro* T *ponitur, ante diximus.*

ᚠ *maximâ ex parte Poteſtatem obtinet* Vau *Latini, ſive* V *conſoni: ita* ᚠᛁᛦᚢᛋ *eſt* Vitus. ᚠᛁᚱᚠᛦᚺᚢᛋ, Gervaſius.

X *Danis vetuſtioribus erat litera peregrina, non habens peculiarem Figuram vel Notam ſimplicem. Quotieſcunque tamen in vocibus Græcis Latiniſve occurrebat, exprimebant eam per* ᚼᚺ. *Ita* ᚺᛁᚼᚺᛋᛦᛚᚴ *ſcribebant pro* Siaxtan. ᚠᛁᚾᚼᚺ *pro* Felix, *&c.*

Nec prætereundum, quòd ᚳ *finale plerumque abſorbet Vocalem quam includit: ut in* ᚠᚢᚠᛒᚳ, Kumbr. *Cujus priſcæ conſuetudinis plura paſſim exempla ſuppe-*

ditat Runicum lexicon Wormii.

Quoniam tamen constat Runas olim fuisse pauciores, ac non nisi serò ad hunc Latini alphabeti modum fuisse redactas; pretium operæ facturus videor si earum quoque Runarum numerum atque ordinem radidero, qui in vetustissimarum Legum codicibus invenitur, quemque nobis Aureorum numerorum notæ sicuti & literarum Dominicalium progressus in antiquissimis Fastis exhibet, quem denique in veterum computatione servari videmus.

Priscæ igitur sexdecim Runæ constanter olim tenuerunt hanc Notationem, Appellationem, Seriem;

ᚠ.	Fie.	ᚢ.	Ur.	ᚦ.	Dusſ.	ᚨ.	Oys.
ᚱ.	Ridhr.	ᚲ.	Kaun.	ᚺ.	Hagl.	ᚾ.	Naud.
ᛁ.	Jis.	ᛅ.	Aar.	ᛋ.	Sol.	ᛏ.	Tyr.
ᛒ.	Biarkan.	ᛚ.	Lagur.	ᛦ.	Madur.	ᛆ.	Yr.

Unde & vetus numerandi ratio sexdecim primos numeros exprimit totidem Runis priscum ordinem servantibus: nam

ᚠ *veteribus Cimbris denotabat* I. *quod dicebant* ᛅᛅᛅ, Att.

ᚢ *denotabat* II. ᛅᚢ, Tu.

ᚦ *denotabat* III. ᚦᚱᚢ, Thry.

ᚨ *denotabat* IV. ᚠᛁᚢᚺᚢᛆ, Fiuhur.

ᚱ *denotabat* V. ᚠᛁᚠ, Fem.

ᚲ *denotabat* VI. ᚺᛁᛅᚼᚺ, Siax.

ᚺ *denotabat* VII. ᚺᛁᛅᚢ, Siau.

ᚾ *denotabat* VIII. ᛅᛅᛅᛅ, Atta.

ᛁ *denotabat* IX. ᚾᛁᚢ, Niu.

ᛅ *denotabat* X. ᛏᛁ *vel* ᛏᛁᚢ, Ti *vel* Tiu.

ᚺ *denotat* XI. ᛅᚾᚾᛁᚠᚢ, Allivu.

ᛏ *denotat* XII. ᛏᚢᛅᚠ, Tolf.

ᛒ *denotat* XIII. ᚦᚱᛁᛏᛏᛅᚾ, Threttan.

ᚾ *de-*

ᚠ *denotat* XIV. ᚠᛁᚢᚱᛏᚨᚾ, Fiurtan.

ᚠ *denotat* XV. ᚠᛁᚠᛏᚨᚾ, Femtan.

ᛋ *denotat* XVI. ᛋᛁᚨᚷᛋᛏᚨᚾ, Siaxtan.

De ſequentium numerorum Notis aliunde ſuppletis, vide Wormii Faſtos Danicos & Runicam literaturam: neque enim attinet plura hoc in loco ex eo tranſcribere, cum hactenus allata dilucidè ſatis expediant quæ de antiquiſſimarum Runarum numero atque ordine paullò ante tradidimus. Magis fortaſſè in rem Lectoris erit ex eodem Wormio monere præcellentiſſimos quoſque Runarum magiſtros uſque adeò mirabilem inter earum Nomina & Figuras harmoniam deprehendere, ut cenſeant primos hujus Literaturæ authores enixè in hoc incubuiſſe, ne literarum Figuræ longè abirent ab earum Nominibus certam aliquam ac vulgo notam rem ſignificantibus. Cujus rei veritas magis adhuc eluceſcet ſi præcipuos Runarum apices, à principaliore ipſius literæ recto ductu hàc illàc prominentes, accuratiùs aliquantò perluſtremus: illud interim præmonentes, primis harum inventoribus non tam fuiſſe propoſitum ut ſpeciem artis Pictoriæ in earum delineatione præberent, quàm ut nudas tantùm primorum elementorum Figuras, craſſas quidem, ipſis tamen Nominibus congruas, perfunctoriè deſcriberent ac priſcâ incultioris ævi ſimplicitate veluti adumbrarent; quò rudis ac vaga diſcentium Phantaſia, qualiſcunque ſimilitudinis adminiculo ſubnixa, firmiùs fideliuſq; memoriæ traderet prima Literarum elementa vulgo notæ rei ſimilitudine conſpicua, præcipuè tamen rei ipſo Elementi nomine ſignificatæ. Quod quàm benè prudentérq; olim excogitaverint homines cauti atque altâ præter cæteros mente præditi, nemo non videt.

ᚠ, *quod* Fie *nuncupant*, Armentum, peculium, divitias *dixerunt antiqui. Sed hodiernum idioma Danicum diſtinguit inter* fie *&* liggende fie. *illud enim* Pecus quodvis; *hoc verò* Pecuniam *vel* Peculium, *i. aurum, argentum, æs, atque alias quaſvis agrorum ædiúmq; immobiles (ut vocant) poſſeſſiones denotat. Repræſentat autem primi hujus elementi Notatio animal cornubus laſciviens; quandoquidem præcipuas antiquiſſimorum ſæculorum opes in armentis pecudibúſq; ſitas fuiſſe conſtat.*

ᚢ. Ur *denotat* Rivos aquarum impetuoſè ex alto delabentium; *ſicuti &* Nimbum guttis denſioribus ex alto proruentem; *atque inde quoque ad alia per quandam ſimilitudinem tranſfertur vocabulum, ad Scintillas nempe crebris ictibus ex ferro candente proſilientes. Aquas igitur cum impetu deorſum latas refert litera.*

ᚦ. Duſs *denotat* Spectrum montes ac loca devia incolens, *quod ſpecie pumilionis aut gigantis conſpiciendum ſe olim præbere ac fœminis pueriſq; terrorem incutere*

solebat. Linea recta, spectrum; curva, montem aut collem referebat.

ᛅ. Oys *est* Portus maris tutam navibus stationem præbens. *Exponitur &* Sinus maris promuntoriis acutioribus ac navigantibus infestis in mare excurrens : *quæ acceptio non abludit ab hujus literæ delineatione.*

ᚱ. Ridhr *est* Equitatio. *Eques divaricatis cruribus equitationi se accingens videtur hîc depingi.*

ᚴ. Kaun *est* Ulcus *vel* Prurigo ; *proinde quoque brachio ad scalpendum veluti elato exertóq; exprimitur litera Pruriginem significans.*

ᚼ. Hagl *est* Grando. *Unde & angulosæ grandinis floccorúmq; hirtæ nivis figuram præ se fert litera.*

ᚾ. Naud *est* Necessitas. *Minimè ergo mirandum est quòd antiqui ipsâ literæ hujus delineatione studuerunt exprimere veram Necessitatis naturam; quòd ea nimirum fulcro, quo sustentetur, indigeat.*

ᛁ. Jis *denotat* Glaciei planitiem, *vel* Stiriam frigore concretam atque à parietum projecturâ dependentem ; *quamobrem quoque litera repræsentat Stiriam, i. pendulam glaciem ex guttis inter stillandum frigore congelatis genitam, auctam, & in longum productam.*

ᛅ. Aar *significat* Uberem agrorum proventum. (*Vide quæ de hac voce habet Gothicum glossarium in* ϚϴΚ.) *Hinc litera præ se fert figuram Vomeris; quòd annonæ ubertatem præcipuè debeamus Vomeri, ob multiplicem frugem agrorum ritè cultorum ac proscissorum.*

ᛋ. Sol *est* Lumen solis. *Atq; inde videri possunt rectæ hujus elementi lineæ, quà quà versus veluti dispersæ, non incommodè effigiare solares radios hàc illàc diffusos.*

ᛏ. Tyr *est* Taurus. *Exprimitur ergo hac literâ Taurus terram cornubus fodicans. Quum verò hæc litera pingitur, quasi uno cornu truncata sit; videri potest ᛅ illud exprimere idolum Paganis olim* ᛏᚢᚱ, Tyr *dictum: siquidem id à lupo quodam alterâ manu privatum fabulatur Edda. unde postea* ᚢᚾᛋᛁᚾᚾᚢᚱ, Unimanus *dictus est hic Deus Asiaticus.*

ᛒ. Biarkan *est* Betula. *Litera quoque adumbrat betulam lætissimâ foliorum amplitudine ac latitudine diffusam.*

ᛚ. Laugr *est* Liquor. *Litera quoque repræsentat Liquorem à montis vertice delabentem.*

ᛘ. Ma-

ᚠ. Madur *eſt* Homo. *Exprimit ergo litera Hominem ſtatos aſtrorum curſus recurſúſque contemplantem, ac tantæ rei miraculum, protenſis ad cœlum manibus, cum quàdam veluti jubilatione proſequentem.*

ᚼ. Yr *eſt* Arcus intenſus inſtructúſq; ſagittâ. *quomodo legimus alibi,* ᚼ. ᚼᚼ ᛒᛁᚴᚦᚢᚼ ᛒᛅᚠᛁᚾ. ᛒᛅᚱᚦᛅᚠᛅ ᚠᛅᚠᚴ. ᛅᚠ ᚠᛁᚠᚠᚢ ᚠᚢᚱᛅᛁᚼ. Yr er bendur bogie, bardaga gagn, og fifvu flyter. *hoc eſt,* Yr eſt intenſus arcus, prælii commoditas, & ſagittæ delator. *Repræſentat hæc litera Arcum jam jam telum emittere paratum. Vide quoque Egilli ſkallagrimi Epinicium Claſſe* IV, *Intercalari* IV. *Runicum lexicon paginâ* 84. *pro* ᚠᚼᚼ, *quod* Virginem *denotat, legit* Mey.

Satis nunc ſtrenuè defunctus mihi viderer hac operâ quam poſui in tradendâ veteſtiſſimarum Runarum appellatione, notatione, ſerie; niſi jam dictis utiliter addi poſſe putarem antiquum Poëma ex archivis bibliothecæ Hafnienſis à Wormio depromptum & Runicæ literaturæ capite XIX *ſtudioſo Lectori exhibitum.*

Atque ita demum uberiorem ex hac rhythmicâ Poëſi fructum capiet Lector, ſi Runica diſticha cum illâ notiſſimarum literarum ſcripturâ, quam ſingulis diſtichis ſubjungimus, conferat: quo peracto, non Runas tantùm poſt brevem iſtiuſmodi lectionis collationiſq; uſum ſibi reddet familiares, ſed eâdem quoque operâ diſcet quantam vetuſta Gothorum, Angloſaxonum, Alamannorúmque idiomata cum hoc Cimbricæ linguæ ſpecimine habeant affinitatem.

In anteceſſum interim hujus operæ verbis Olai Worm præmonendus eſt Lector, Cujuſvis diſtichi verſum poſteriorem Literas non ſpectare; ſed addi tantùm, ut metro menſura ſua & debita conſonantia conſtet, útq; prior facilius memoriæ mandetur ac tenacius hæreat. Deinde, præter id quod verba exhibent, reconditum aliquid latet in unoquoque verſu, & ad vitam communem ſpectans; quod ſponte ſe ingeret, non verba ſolùm, verùm etiam ſenſum abſtruſiorem rimantibus.

Ipſum verò Poëma tale eſt.

ᚠ. ᚢᚾᚦᚢᚼ ᚠᚱᛅᚼᚴᚦᛅ ᚱᛅᚠᛁ.	Fie veldur fraenda rógi.
ᚠᛅᚦᛁᚾᛅ ᚢᚾᚠᚢᚼ ᛁ ᚼᚠᛅᚠᛁ.	Faediſt ulfur i ſkógi.

ᚠ. ᚢᚾᚦᚢᚼ. *Senſus eſt*; Divitiæ inter conſanguineos lites pariunt. *Indicat autem emblema, quòd in amplâ hæreditate herciſcundâ, frequenter admodum lites inter amicos & ſummâ neceſſitudine devinctos excitet Auri ſacra fames.*

ᚠᛅᚦᛁᚾᛅ. Nutritur in ſylvis lupus. *Sylvarum incola lupus. Vult quemque gaudere loco & ſocietate naturæ ſuæ congruâ. Ita Wormius. Ambigo tamen annon*

ſecun-

ſecundo verſui rectiùs tribuamus hunc ſenſum; Quemadmodum ſylvam annoſis arboribus denſam perambulantes plerumque incidunt in lupos, ita quoque avitam ac diu congeſtam hæreditatem quàm rariſſimè adeunt hæredes, quin eorum unum alius putet intempeſtivè atque odioſè interveniſſe, & tanquam Lupus in fabulâ. Notum eſt quæ inde naſcantur contentiones & quàm erectâ ex æquo cervice lites in longum trahant cohæredes.

ᚢ. ᚼᚺ ᛦᚠ ᚼᚨᛋᚢ ᛁᛦᚱᚴᛁ. Ur er af ellu jarni.
ᛟᛒᚴ ᚢᚾᚺᛒᚢᚺ ᚱᚪᚴᛁ ᛅ ᚼᛁᛦᚱᚴᛁ. Opt ſleipur rani a hiarni.

ᚢ. ᚼᚺ. Scintillat candens ferrum; *id eſt, Patientia læſa fit furor.* ᚢᚺ *vulgo vocatur omne quod guttatim ſtillat vel ſcintillat. Hîc ferro ignito attributum, non niſi de ſcintillis intelligi poteſt. Ex candenti etenim ferro ac malleis tuſo, exilientibus impurioribus ejus particulis, ſcintillæ undique ſolent emicare. Senſus eſt, Eos quì efferveſcunt irâ, ſi nimis irritentur, in furorem agi.*

ᛟᛒᚴ. Nive operta ligneis ſoleis commodiſſimè calcantur; *id eſt, Artes ſolertia monſtrat, aſt uſus nutrit.* ᚱᚪᚴᛁ *inſtrumentum ligneum eſt oblongum & planum; quo pedibus alligato incredibili celeritate montium juga nivibus rigentia curſu ſuperare ſolent Boreales. Hodie* ſkier *vocant. Ita Wormius. Ego tamen ſuſpicor alium eſſe hujus diſtichi ſenſum.*

ᚦ. ᚢᚾᚦᚢᚺ ᚹᚢᚾᚴᚾᚪ ᚹᚢᚾᚨᚢ. Duſs veldur kvenna kvellu.
ᚹᚪᚴᚢᚺ ᚢᚾᚱᚦᚢᚺ ᚠᚪᚪᚺ ᚪᚠ ᚼᚨᛋᚢ. Katur verdur faar af ellu.

ᚦ. ᚢᚾᚨᚦᚢᚺ. Spectra fœminis infeſta. *Submonet ne unquam patiamur nobis excidere illud Poëtæ,* Tu ne cede malis. *Veri Dei cultu deſtitutis frequenter olim objiciebantur Gigantum aut Pumilionum ſpectra, quæ non tam viris, quàm mulierculis & pueris erant terriculamento.*

ᚹᚪᚴᚢᚺ. In adverſis nemo lætatur. *Huc refer illud Comici;* Omnes, cum rectè valemus, ſana conſilia ægrotis damus. Tu, ſi hîc ſis, aliter ſentias. *Ita Wormius. Ego tamen commodiorem ſecundi hujus verſus quæro ſenſum.*

ᛅ. ᚼᚺ ᚹᚾᚺᚪᚱᚪ ᚠᛁᚱᚦᚪ. Oys er fleſtra ferda.
ᚼᚴ ᚺᚠᚪᚾᛒᚢᚺ ᚼᚺ ᚢᚢᛁᚱᚦᚪ. En ſkalpur er ſuerda.

ᛅ. ᚼᚺ. In oſtiis fluminum iter frequentiſſimum. *Huc ſpectat illud Naſonis;* Tuta frequénſque via eſt per amici fallere nomen. *Ut in maris ſinubus & fluminum oſtiis ob portus commoditatem frequentiſſimus eſt navium receptus, licet ibidem*

læ-

sæpissimè vel à piratis latitantibus opprimantur, vel in scopulos & promuntoria impingant, non sinè naufragii periculo; ita quoque in istis vitæ generibus quibus se maxima pars hominum addicit, pericula sæpè crebriora.

ᚼᚴ ᚢᚠᚱᚬᛒᚢᚴ. Gladius acutus esse solet. *Huc refer illud ejusdem*, Nil prodest, quod non lædere possit idem. *Sic Wormius. Fortassè tamen talis est sensus distichi; Naves in tutâ portuum statione consistunt, at in vaginâ gladius.*

R. ᚹᚢᚱᚼᚱ ᚱᚬᚢᚢᚢᚠ ᚢᛁᚢᚱᚱ.	Ridhr kvaeda rossum vista.
ᚱᚬᚠᛋᚴ ᚼᚴ ᚢᚢᛁᚱᚠᛁᚱ ᛒᚱᚬᚦᛁᚢᚱᚱ.	Raghn er sverdit bradista.

R. ᚹᚢᚱᚼᚱ. Equitatio equis ingrata. *Huc pertinet decantatum illud*, Optat ephippia bos piger, optat arare caballus. *Hæc Wormius. at propriè magis exponas*, Equitatio malum equis pabulum.

ᚱᚬᚠᛋᚴ. Raghn est gladiorum latissimus. *De hoc gladio consule Eddam. Veteres námq; non equis tantùm, sed & gladiis nomina imponebant. Sic apud Saxonem libro Secundo*; Biarco utebatur præstantis acuminis inusitatæq; longitudinis gladio, quem LOUI vocabat. *& rursus libro Quarto*; Erat Regi inusitati acuminis gladius, SKREP dictus, qui quodlibet obstaculi genus, uno ferientis ictu, medium penetrando diffinderet. *iterum libro Septimo*; Haldanus avitos à matre gladios accepit; quorum alter LUISINGUS, alter HUVYTINGUS, ob collimati acuminis nitorem, vocabulum habuit. *Sic passim alibi. Quemadmodum igitur inter omnes gladios* RAGN *primatum obtinebat, & possessori suo longè fuit gratissimus; ita quoque in quolibet hominum genere* Pulchrum est digito monstrari & dicier; Hic est. *Ita Wormius.*

ᚠ. ᚼᚴ ᛒᛁᚠᚠᛁᚱ ᛒᚱᚱᚱ.	Kaun er beggia barna.
ᛒᚱᚴ ᚠᛁᚱᚱᚼᚴ ᚴᚱᚱᚴ ᚠᚱᚢᚢᚱᚱᚱ.	Ból giórer near folvarna.

ᚠ. ᚼᚴ. Sors eadem fratribus. Κοινὰ ἃ τῶν φίλων.

ᚠᚱᚢᚱ. Vulnus, ulcus, vibicem, pruriginem, scabiem *denotat; quâ facilius inficiuntur, qui ejusdem sunt familiæ & cognationis. Hìc latiùs pro quovis incommodo capi videtur, quod fratribus commune judicatur, cum alter alterius portare debeat onera.*

ᛒᚱᚴ. Qui inter cadavera versatur, cadaverosum quid spirat. ᚴᚱᚱᚴ *significat*, Cadaver. κακοῖς ὁμιλῶν κἀυτὸς ἐκβήσῃ κακός. *Qui picem tangit, inquinatur ab eâ. Ita Wormius. Ego verò nihil prorsus hìc video: nisi fortè* ᛒᛁᚠᚠᛁᚱ *idem sit*

cum Angloſaxonico beaȝ *vel* beȝ. *Alamannico* baug *vel* boug. *Belgico* bagge/ Monile, gemma. *ut ſit ſenſus; Ulcuſcula ſcabioſa eſſe veluti quædam inſignia ac monilia liberorum ejuſdem familiæ, ac levi contagio ad ſanguine junctiſſimos tranſire. Quo conceſſo, licet aliquid in primo hujus diſtichi verſu videre me putabo; ingenuè tamen fatebor me in ſecundo planè cœcutire.*

ᚼ. ᚼᚺ ᚠᚨᚾᚦᚨᚺᚨᚢᚺ ᚠᚨᚱᚴᚨ. Hagul er kaldaſtur korna.
ᚠᚱᛁᚾᚨᚢᚺ ᚺᚠᚨᛒ ᚼᚺᚠᛁᚴ ᚠᚨᚱᚴᚨ. Kriſtur ſkóp heimin forna.

ᚼ. ᚼᚺ. Grando gelidiſſima frugum. *Huc refer illud Propertii*; Naturæ ſequitur ſemina quiſque ſuæ.

ᚼᚨᚠᚾ *non* Grandinem *tantùm ſignificat, verùm etiam* Frumentum; *cum ob externam figuram, tum etiam quòd, cum cadit, inſtar ſeminum ſpargi videatur.*

ᚠᚱᛁᚾᚨᚢᚺ. Mundi creator Chriſtus. *Minimè ab hoc loco aliena ſunt hæc Ovidii verba,* ——— facilè eſt omnia poſſe Deo. *Ita Wormius. Magis interim propriè ita reddas hunc verſiculum,* Chriſtus creavit cœlum olim.

ᚴ. ᚠᛁᚨᚱᚾᚺ ᚴᚨᛒᛒᚨ ᚠᚨᚺᚨᛁ. Naud giórer nappa koſti.
ᚴᚨᚠᚨᚢᚢᚴ ᚠᛁᚺᚾᚺ ᛁ ᚠᚱᚨᚺᚨᛁ. Naktaun kiaeler í froſti.

ᚴ. ᚠᛁᚨᚱᚾᚺ. Cogit penuria nere. *quaſi diceret, Parſimoniam parit neceſſitas.*

ᚴᚨᚠᚨᚢᚢᚴ. Nudus frigore alget. *Huc refer illud Ovidii,* Pauper ubique jacet. *Ita Wormius. Neque ipſe quicquam de iſthoc prioris verſus ſenſu ſubdubitarem, ſi conſtaret illud* ᚴᚨᛒᛒᚨ ᚠᚨᚺᚨᛁ *aliquam Nendi ſignificationem in ſe complecti.*

ᛁ. ᚠᚨᚾᚢᚢᚹ BRᚢ BRᚺᛒᚨ. Jis kóllum bru breida.
Bᚢᚴᚦᚨᚴ ᚨᚱᚱᚠ ᚨᚨ ᚺᛒᚨ. Blindan tarf at leida.

ᛁ. ᚠᚨᚾᚢᚢᚹ. Glacies pontium latiſſimus. ἡ φύσις ἀπαύλων τῶν διδαγμάτων κρείττων. *Ingens naturæ vis eſt.*

Bᚢᚴᚦᚨᚴ. Cœcus indiget ductore. *Amicus re juvat, ubi re opus eſt. Ita Wormius. Mihi quoque non eſt dubium quin is verum diſtichi ſenſum in genere tetigerit; neſcio tamen an non primus verſus in illo* ᚠᚨᚾᚢᚢᚹ *(quod non intelligo) amplius quid dicat quàm expreſſit Wormius.*

ᚨ. ᚼᚺ ᚠᚢᚹᚴᚨ ᚠᚨᛒᛁ. Aar er gumna goodi.
ᚠᚼᚨ ᛁᚠ ᛚᚦᚨ ᚨᚺ ᚢᚨᚺ ᚠᚱᚨᚺᛁ. Get eg adt ór var Frodi.

ᚨ. ᚼᚺ.

ᚪ. ᚾᚼ. Anni proventus ingens. *Huc refer illud Tibulli*;

Annus in apricis maturat collibus uvas;
Annus agit certâ lucida signa vice.

ᚪᚪᚼ *significat* Annum *vel* Annonam. ᚠᚢᚹᚳᚪ *verò* Proventum, delicias, bona *denotat*.

ᚠᚻᚾ ᚼᚠ. Frotonis liberalitas ſumma. *Videtur Frotonem quartum innuere*; *quem Saxo libro Sexto tradit* ab eximiâ largitate cognomen mutuatum eſſe. adeò námq; liberalis exſtitit, ut recenti largitatis conſuetudine priſca militiæ ſtipendia duplicaret, opes in propatulo haberet, cæteros largiendo præcurreret, omnes humanitatis officiis anteveniret; &, quod difficilius eſt, virtute invidiam vincere contenderet. *Huc accedit, quòd author muneribus addit pondus*, Et majeſtatem res data dantis habet, *ut loquitur Ovidius*. *Hunc huic diſticho ſenſum tribuit Wormius*; *quem & ipſe in explicatione ſecundi verſus, nullâ ex parte mihi intellecti, ſequor. At primum verſum ita commodiùs reddi poſſe arbitror*, Anni proventus eſt hominum commoditas. *Quum enim* ᚪᚪᚼ *in Runico lexico exponatur* Anni proventus, *& ipſe quoque Wormius hoc in loco ſic explicet, non video cur eandem ſignificationem tribuat voci* ᚠᚢᚹᚳᚪ. *præſertim cum Cædmoni* ᚷuma *paſſim dicatur* Homo. *Argenteo codici* ᚴᚢᛗᚷᛁᚾᛋ *ſit* Mas, homo ſexus maſculini. *Tatiano denique* ᚷomman *denotet* Hominem, virum, marem, maritum. *de quibus vide Notas noſtras ad Tatiani* III, 1.

ᚻ. ᚾᚼ ᛗᚳᚦᚪ ᛗᚹᚠᛁ. Sol er landa liomi.
ᚢᚢᛏᛁ ᚼᚠ ᚣ ᛋᚻᛖᛚᚷᚢᛗ ᚦᚹᚠᛁ. Luti eg ad helgum domi.

ᚻ. ᚾᚼ. Sol (*nomen hujus literæ*) eſt terræ lumen. *Huc refer illud Virgilii* IV *Æneïd*. Sol, qui terrarum flammis opera omnia luſtrat. *unde & apud Ovidium* III *Faſt*. Nitidus Deus *dicitur*. *& rurſus* II *Metam*. Lux immenſi publica mundi. IV *denique Metam*. Author lucis. *&* Sidereâ qui temperat omnia luce. *ac tandem quoque* Mundi oculus *nuncupatur*.

ᚢᚢᛏᛁ ᚼᚠ. Sacra religioſè tractanda. *Huc pertinet illud Muſæi apud Juſtinum Martyrem*, θύρας δ' ἐπιθεῖσθε βεβήλοις. *Eodem planè ſenſu dixit Callimachus*, ἐκὰς ἐκὰς ὅσις ἀλιτρός. *& Virgilius*; Procul ô procul eſte prophani. ᚢᚢᚳᛁ, *id eſt*, Veneror, cernuus adoro, reverenter habeo. *Hæc Wormius*. *Primum interim verſum commodiùs reddas*, Solare lumen eſt terrarum jubar; ᛗᚹᚠᚪ *certè eſt* Splendor *Lexico Runico in* ᚻᚠᚢᚻ. *at Angloſaxonibus* leoma *exp.* Radius *vel* Jubar. *Beda* V, 24. *Æqu. vern.* XXXIII. *Gregor. magnus Dial.* II, 35. *gramm. Ælfrici*

cap. IX, *terminat.* 16. *Secundum quoque versum propriè magis transtuleris*, Summissi proniq; corporis inflexione veneror sacras ædes. *nam id quoque* lutan *vel* ahlutan *dicebant Angloſaxones. Vide annotata ad gl A*, 13. *in* luzzenter. *De voce* Dom *pro Templo, vide Spelmanni Archæologum in* Dominicum.

ᛏ. ᚦᚱ ᚼᛁᚴᚹᛁᚴᚦᚢᚱ ᛦᚢᛏ. Tyr er einhendur Aſa.
ᛟᛒᛏ ᚢᚾᚱᚦᚢᚱ ᚺᛉᛁᚦᚢᚱ ᛏᛏ ᛒᚱᛦᚢᛏ. Opt verdur ſmidur at blaſa.

ᛏ. ᚦᚱ. Tyr inter Aſianos unimanus. *De hoc Idolo conſulendus Edda. Fingunt námq; hunc Tyrum ex iis fuiſſe qui Diis erant proximi, atque ex Aſiâ unà cum Othino huc delati. Sed ab inſolitæ magnitudinis lupo, quem vincire aggreſſus eſt, manuum alterâ multatus, poſtea dictus eſt* Unimanus. *Appoſitè hìc applicaverit aliquis illud Horatii* —— Nihil eſt ab omni Parte beatum ——

ᛟᛒᛏ. Fabro ſæpè flandum. *Egregiè Horatius in hunc ſenſum* —— Nil ſinè magno Vita labore dedit mortalibus —— *Hæc Wormius.*

ᛒ. ᚦᚱ ᛦᛁᚢᚠ ᚠᚱᛟᚴᚺᛏ ᛦᛋᛏ. Biarkan er lauf gronſt lima.
ᛦᛅᚱᛁ ᛒᛟᚴ ᚠᛦᚱᚦᛟᚱ ᛏᛁᛋᛏ. Loki bar flerdar tima.

ᛒ. ᚦᚱ. Betula arborum viridiſſima. *inter primas enim foliorum viriditate luxuriare ſolet. Author videtur hoc innuere voluiſſe. Animos juvenilibus annis luxuriare.*

ᛦᛅᚱᛁ. Lochonis vafrities ſumma. *Et hic Edda conſulendus. Senſus eſt, Malum conſilium conſultori peſſimum. Ita Wormius. Ego non ſatis capio mentem verſus primi, niſi fortè* ᛦᛋ *Cimbris vetuſtioribus denotaverit* Arborem. ᛦᛋ-ᚱᚢᚾᛟᚴ *certè vocabant olim* Arboreas runas, *quemadmodum nos docet Runicum lexicon in* ᚱᚢᚾᛟᚴ. *Ad ſecundi verſus intellectum nonnihil quidem facit quòd* ſtærð *Iſlandis eſt* Verſutia, falſitas; *reliqua tamen necdum ſatis capio.*

ᚾ. ᚦᚱ ᚦᛟᚦ ᚦᚱ ᚠᛁᚾᚾᚢᚱ ᚢᚱ ᚠᛁᛅᛚᛚᛁ. Laugr er thad er fellur ur fialli.
ᚠᛟᛋᛏ ᛖᚾ ᚷᚢᛚ ᛖᚱᚢ ᚾᛅᛚᛚᛁ. Foſt en gul eru nalli.

ᚾ. ᚦᚱ. Liquor ſponte è præruptis ruit. *Simile quid habet Ovidius* III *Faſtorum*

—— Juvenilibus annis
Luxuriant animi, corporáq; ipſa vigent.

ᚠᛅᚺᛏ. Aurum peculium pretioſum. *Huc pertinet illud Mantuani poëtæ*

—— Quid

—— Quid non mortalia pectora cogis Auri ſacra fames? — *Hæc Wormius. Ad illuſtrationem primi verſus facit quòd Runico lexico* ᚺᚨᛚᛖᚼ ᚠᛁᚨᛚᚨ *exponitur* Palatium montanum. *Iſlandis quoque* fiall *eſt* Mons. fell, Acclivitas. *Vide plura in annotatis ad gl D, 22. in* Rupis, uels. *Ad ſecundum verſum pertinet quòd* gull *Iſlandis eſt* Aurum. gulur, Fulvus. *Sed reliqua non intelligo.*

ᚠ. ᚼR ᚠᚨᚦᚱᚼ ᚪᚢᚴᛁ. Madr er moldur auki.
ᚠᛁᚴᛁᛚ ᚼᚼ ᚠᚱᚼᛁᛒ ᚪ ᚼᚪᚢᚴᛁ. Mikil er greip a hauki.

ᚠ. ᚼR. Homo pulveris augmentum. *Senſui huic reſpondet eximius locus Pontii Paulini ex* III *ad Auſonium epiſtolâ;*

——— Stultus diverſa ſequentibus eſſe
Nil moror, æterno mea dum ſententia Regi
Sit ſapiens. Breve quicquid homo eſt, ut corporis ægri,
Temporis occidui, & ſinè Chriſto pulvis & umbra:
Quod probat aut damnat, tanti eſt, quanti arbiter ipſe.
Ipſe obit, atque illi ſuus eſt comitabilis error;
Cúmq; ſuo moriens ſententia judice tranſit.

ᚠᛁᚠᛁᚴ. Gryphus major accipitre. *Huc refer illam Dionyſii Catonis ſententiam, numero undecimam,* Majori cede. *Vide quoque ejuſdem Diſticha moralia libro Secundo, carm.* 11. *Hæc Wormius.*

ᚼ. ᚼR ᚢᚱᚪᚢᚼ ᚠᚱᚪᚴᚢᚪ ᚢᛁᚦᚪ. Yr er urtur grónſt vida.
ᚢᚪᚴᚪ ᚼᚼ ᚦᚪᚼ ᚼR ᛒᚱᚼᚴᚴᚼ ᚪᚹ ᚢᚢᛁᚦᚪ. Vant er thar er brennr at ſuida.

ᚼ. ᚼR. Arcus tam hyeme quàm æſtate flexibilis. *Egregiè Cerialis apud Tacitum Hiſtor. lib.* IV, *cap.* 74. Vitia erunt, donec homines. *Appoſitè quoque Horatius libro Secundo, Satyrâ* VII;

Pars hominum vitiis gaudet conſtanter, & urget
Propoſitum; pars multa natat, modò recta capeſſens,
Interdum pravis obnoxia ———

ᚢᚪᚴᚪ. Solet igne aduſtus dolere. *Senſus eſt; Miſeras cogitationes noſtras, cum omnia fecerimus, ſubinde recurrere ad indigniſſimarum calamitatum memoriam; non quia neceſſe eſt,* ſed quia naturale eſt, *ut loquitur Seneca Conſol. ad Helviam, cap. ult.* manum ſæpiùs ad id referre quod doleat. *Hæc Wormius.*

Atque hæc quoque ſuffecerint de Runarum appellatione, figurâ, poteſtate, ſerie. Reliquum eſt ut levi quoque obtutu Angloſaxonici, Francici, Danici, Iſlandici, Anglici, Belgicíq; alphabeti rationem Lectori ſtudioſo exhibeamus.

ANgloſaxonum majores minoréſq; literæ, abbreviaturæ, receptiſſimæ denique diſtinctiones ita notantur;

A. B. C. D. E. F. G. H. I. K. L. M. N. O. P. QU *vel* Qp *pro* Q. R. S. T. U. V. X. Y. Z. Ð *vel* þ *eſt* TH. ⁊ *eſt* And.

a. b. c. d. e. f. g. h. i. k. l. m. n. o. p. cu *vel* cp *pro* q. r. ſ. t. u. v. x. ÿ. z. ð *vel* þ *eſt* th. þ *eſt* þat *vel* þæt. ⁊ *denique* and.

Unico puncto denotabant Angloſaxones ſenſum imperfectum: at perfectum concludebant tribus punctis triangulari formâ conjunctis atque hunc in modum ∴ diſpoſitis.

FRancicum alphabetum, quod quidam Theotiſcum alii Alamannicum nuncupant, has habet majores minoréſq; literas;

A. B. C. D. E. F. G. H. I. K. L. M. N. O. P. Q. R. S. T. V. W. X. Y. Z.

a. b. c. d. e. f. g. h. i. j. k. l. m. n. o. p. q. r. ſ. ſ. s. t. v. u. w. x. y. z.

Licet verò Francicum hoc Alphabetum ordine recto inſtar alphabeti Gothici, Cimbrici, Angloſaxonici videatur procedere; crebra tamen ac valde mirabilis Francicarum inter ſe literarum commutatio, literis affinibus in alias cognatas quâvis occaſione tranſeuntibus, totam quoque idiomatis Alamannici orthographiam non parum convellit ac turbat. Incertæ hujus incultæq; ſcriptionis rationem ipſis Francis imputat Otfridus in ſuâ ad Luitbertum Maguntiacenſem archiepiſcopum epiſtolâ, quam præmiſit rythmicæ tranſlationi Euangeliorum. Cæterùm de his alibi commodior erit dicendi locus.

DAnicum Iſlandicúmq; alphabetum vix quicquam à Francico diſcrepant; niſi quod Danis atque Iſlandis ø eſt o breve. Iſlandi adhæc expreſſuri literam

Thorn,

Thorn, *quæ valet* TH, *adhibent Cimbricum* Duſs, *ſcribúntq;* þ *non punctatum, contra quàm in Runicis monumentis fieri aſſolet, ubi* þ *eſt* TH.

ANglicas denique Belgicáſq; literas notamus characteribus, apud utramque gentem nunc & olim receptiſſimis;

𝔄. 𝔅. ℭ. 𝔇. 𝔈. 𝔉. 𝔊. ℌ. ℑ. 𝔎. 𝔏. 𝔐. 𝔑. 𝔒.
𝔓. 𝔔. 𝔎. 𝔖. 𝔗. 𝔘. 𝔘. 𝔚. 𝔛. 𝔜. ℨ.

𝔞. 𝔟. 𝔠. 𝔡. 𝔢. 𝔣. 𝔤. 𝔥. 𝔦. 𝔧. 𝔨. 𝔩. 𝔪. 𝔫. 𝔬. 𝔭.
𝔮. 𝔯. 𝔰. 𝔰. 𝔰. 𝔱. 𝔲. 𝔲. 𝔴. 𝔵. 𝔶. 𝔷.

Variarum literarum, quæ in hoc opere occurrunt, ratione quantum ſatis eſt expoſitâ, pergo nunc ad ipſum illud Gothicum gloſſarium quod ætate jam gravis atque affectus, poſthabitis aliis quæ operam typographi poſtulabant, feſtinantiùs quàm compoſitiùs deproperavi; non tantùm ut priſcæ Gothorum genti ac linguæ debitus tribueretur honor, ſed ut omnes quoque Philoteutones, in tam illuſtri venerandæ antiquitatis ſpecimine, genuina uberrimæ commendatiſſimæq; linguæ ſuæ primordia agnoſcentes, prono ſtudio hos meos tenues conatus exciperent ac ſtrenuè pro viribus adjutarent.

FINIS.





GLOSSARIUM GOTHICUM.

ᚨᛒ. ᚨᚱ.



ᛒᚨᚾ ᚾᛁ ᚲᚨᚾᚾ: Virum non cognoſco; *Luc.* 1: 34. ᚨᛁᛒᚨᚾᛞᛖᛁ ᛗᛁᚠ ᚨᛒᛁᚾ ᚷᛖᚱᚨ ᛊᛁᛒᚾᚾ: Vivens cum viro annis ſeptem; *Luc.* 2: 36. ᚷᚨ-ᛒᚨᛁ ᚢᛁᚾᚷ ᚨᚠᚨᛖᛏᛁᚠ ᚨᛒᚨᚾ ᛊᛖᛁᚾᚨᚾᚨ: Si uxor dimiſerit virum ſuum; *Marc.* 10: 12. ᚪᚾ ᛗᚨᚱᚨᚠᚨᛁ ᛁᚾ ᚠᚱᚨᚱᛁᛒᛏᛁᛗ ᚨᛒᛁᚾ: Ad virginem deſponſatam viro; *Luc.* 1: 27.

ᚨᛒᚱᛊ, Validus, vehemens. ᚨᛒᚱᚨᛒᚨ, Valdè, vehementer. ᚺᚾᚺᚱᚾᛊ ᚨᛒᚱᛊ: Fames valida; *Luc.* 15: 14. ᚷᚺᛏᛖᚪᚾᚾ ᚨᛒᚱᚨᛒᚨ: Timuerunt valdè; *Matth.* 27: 54. ᛗᛁᚲᛁᚨᛊ ᚨᛒᚱᚨᛒᚨ: Magnus valdè; *Marc.* 16: 4.

ᚨᛒᚾ ᚠᚾᛊ ᛊᛁᚨᛒᛁᚾ ᚠᚾ ᚠᚨᛏᚨ ᚢᛁᚠᛁᛊ: A temet ipſo hoc dicis? ἀφ' ἑαυτῦ σὺ τοῦτο λέγεις; *Joh.* 18: 34. ᚨᛒᚾ *hoc fecerunt ex* ᚨᚠ, *ſicuti* ᚾᛒᚺ *ex* ᚾᚠ. *quod vide ſuo loco.*

ᚨᚱᚱᛁᚨᚾᛊ, Angelus, *Luc.* 1: 11, 13, 19, 26, 28, 30, *&c.* ᚨᚱᚱᛁᚨᚷᚾᛊ, Angeli; *Marc.* 12: 25. *Luc.* 2: 15. ᚨᚱᚱᛁᚨᛖᛁᛊ, *Marc.* 1: 13. *Angloſax.* ængla. engla. *Alam.* engila. *Gall.* anges. *Ital.* angeli. *Hiſp.* angelos. *Dan.* engle. *Angl.* angels. *Belg.* engelen. *Græcis* ἄγγελοι. *Vide quæ diximus in annotatis ad Tatiani* II, 4.

ᚨᚱᚱᚤᚾ ᚪᚾᚴ, Anguſta porta; *Matth.* 7: 14. *Alamannis* einger / engi

eſt

eſt Arctus, anguſtus. *Belg.* **eng / enghe.** *Videtur eſſe ex* ἄγχειν, *quod non modò* Fauces conſtringere *ſignificat, verùm etiam quovis alio modo* Premere, elidere.

ᚩᚱᛁᛋ ᛞᛁᛋᛞᚱᚩᚾᛋ ᛁᚾᚩ: Timor irruit ſuper eum; *Luc.* 1: 12. **ᛞᛁᛋᛋᚩᛏ ᚩᚩᚩᚾᛋ ᚩᚱᛁᛋ**: Invaſit omnes timor; *Luc.* 7: 16. **ᛁᚾ ᚩᚱᛁᛋᛁᛋ ᛁᚾᛞᚩᛁᛖ**: Propter metum Judæorum; *Joh.* 7: 13. **ᚠᛖᛋᚾᚾ ᚾᛋᚩᚱᛁᛞᚩᛁ**: Erant metu perculſi; *Marc.* 9: 6. **ᚾᚾᚩᚱᛖᛁᚾ**: Sinè timore; *Luc.* 1: 74. *Videtur etiam huc facere illud Cædmonis* 40, 23; ic me onaȝen mæȝ, Metuendum eſt mihi. *Vide quæ de vocabuli origine dicimus in* **ᛟᚱᚩᚾ**, Metuere.

ᚩᚱᚩᛁᛏᛖᛁ, Impudicitiæ; ἀσέλγειαι. *Marc.* 7: 22.

ᚩᚱᚩᛟ, Tribulatio; *Marc.* 13: 19. **ᛒᛁ ᚠᛖ ᚢᛁᛗᛁᚠ ᚩᚱᚩᛟ ᚩᛁᚠᚠᚩᚾ ᛉᚱᚩᚳᚷᚩᛁ ᛁᚾ ᚠᛁᛋ ᛉᚩᚾᚳᛞᚩᛁᛋ**: Ortâ tribulatione aut perſecutione propter verbum; *Marc.* 4: 17. **ᛁᚾ ᚠᚩᛗᛗᚩ ᚦᚩᛁᚳᚩᚩᚾ ᚩ-ᚱᚩᛟᚾᛋ ᚻᚩᛒᚩᛁᛞ**: In mundo preſſuram habebitis; *Joh.* 16: 33. *Huc omnino refer Angloſaxonicum* eȝlian *vel* eȝlan, *Anglicum item* **to ail** / Moleſtum eſſe, nocere. *Quum enim Angloſaxones dicunt*, hpæt eȝleð ðe. *& Angli*, **What ayleth thee?** *videntur mihi ſatis manifeſtè exprimere Græcum* τί ἀλγεῖς; Quid tibi deeſt? quid ægrè te habet? quid te turbat? *ut* **ᚩᚱᚩᛟ** *&* eȝlian, *per uſitatiſſimam ac minimè duram literarum metatheſin, ſit ex* ἀλγεῖν, Dolere, moleſtiis cruciari.

ᚩᚱᚩᚾ ᛁᛋᛏ, Difficile eſt; *Marc.* 10; 24. **ᚩᚱᚩᚾᛒᚩ**, Difficulter; *Marc.* 10: 23. *Luc.* 18: 24. *Quemadmodum attento Lectori primo ſtatim intuitu perſpicuum fit hæc pertinere ad ea quæ diximus in* **ᚩᚱᚩᛟ**, Tribulatio, *ita &* ἀγλύεσθαι (*quod fortaſſè quoque huc facit*) *Heſychio exp.* βλάπτεσθαι, Damno affici, lædi.

ᚩᚦ, A, ab, abs; ἀπό. *Matth.* 5: 18. *Matth.* 7: 4, 28. **ᚩᚩᚾᛋᛖᛁ ᚾᚾᛋ ᚩᚦ ᚠᚩᛗᛗᚩ ᚾᛒᛁᚩᛁᚾ**: Libera nos à malo; *Matth.* 6: 13.
ᚩᚦ ᛁᛗ ᚱᚩᚦᚾᚩᚱᛁᚾ ᛉᚩᛋ: Ab eis abſconditum erat; *Luc.* 18: 34.
ᚩᚦ ᛗᛁᛋᛋᛁᚩᛒᛁᚾ: A me ipſo; *Joh.* 8: 28.
ᚩᚦ ᛋᛁᛋᛋᛁᚩᛒᛁᚾ: A ſemet ipſo; *Joh.* 15: 4. 16: 13.
ᚩᚦ ᚦᚩᛁᚳᚱᚾᚾᚷᚩ: De monte; ἀπὸ τοῦ ὄρους. *Matth.* 8: 1.
ᚩᚦᚾᛁᛗᚩᛞᚩ ᚩᚦ ᛁᛗᛗᚩ: Auferetur ab eo; *Luc.* 19: 26.
ᛉᚩᛁᚳᚠ ᚩᚦ ᚠᚾᛋ: Projice abs te; *Matth.* 5: 29, 30.
ᚩᚦ ᛋᚩᚾᚳᚷᛟᛗ: A ſollicitudinibus; ὑπὸ μεριμνῶν. *Luc.* 8: 14.
ᚩᚦ ᚻᚩᛁᚠᚷᚩᛁ: De agro; ἐκ τοῦ ἀγροῦ. *Luc.* 17: 7.
ᚩᚦ ᛏᚩᛁᚻᛋᛉᛟᛗ ᛋᛁᛏᚩᚾ: Ad dexteram ſedere; ἐκ δεξιῶν καθίσαι. *Marc.* 9: 40.

ᚩᚦ-

ᚫᚠᚫᛁᚴᚫᚾ: Negare, abnegare. ᚪᚾᛚᚫᚾᚾ ᚫᚠᚫᛁᚴᚫᚾ ᚷᚫᚻ ᛊᛉᚫᚴᚫᚾ: Cœpit anathemizare & jurare; *Marc.* 14: 71. Cœpit anathemizare, *i. cœpit notitiam Chriſti, caput ſuum diris execrationibus devovendo, abjurare.* ᚫᚠᚫᛁᚴᛁᛋ ᛗᛁᚴ ᚠᚴᛁᛗᛋᛁᚾᚠᚫᛗ: Negabis me ter; *Matth.* 26: 75. ᚷᚫᛒᚫᛁ ᛟᚫᛋ ᛉᛁᚫᛁ ᚫᚠᚫᚱ ᛗᛁᛋ ᚴᚫᛚᚴᚫᚾ. ᚫᚠᚫᛁᚴᚫᛁ ᛋᛁᚴ ᛋᛁᚫᛒᚫᚾ: Si quis vult poſt me venire, abneget ſemet ipſum; *Luc.* 9: 23. ᚫᚠᚫᛁᚫᛁᚴ, Negavit; *Marc.* 14: 68. *Joh.* 18: 25 & 27. *Huic* ᚫᚠᚫᛁᚴᚫᚾ *opponitur* ᚫᚾᛞᚻᚫᛁᛏᚫᚾ, *ſicuti videre eſt Matth.* 10: 32 & 33. *De origine verbi* ᚫᚠᚫᛁᚴᚫᚾ *nihil etiamnum certi, quod ſtatuam, habeo: niſi quis fortè cenſeat veriſimiliter poſſe deduci ab* ᛁᛁᚴᚫᚾ, Habere, poſſidere. *ut* ᚫᚠᚫᛁᚴᚫᚾ *dictum ſit quaſi* ᚫᚠᚫᛁᛁᚴᚫᚾ, *Proprietatem vel poſſeſſionem alicujus rei abdicare ac teſtari nihil ad ſe rem iſtam pertinere.*

ᚫᚠᚫᛁᚴᛉᛁᛞᚫᛁ ᛋᛁᚷᚻᛋ: Seducti eſtis; πεπλάνησθε. *Joh.* 7: 47. ᚫᚠᚫᛁᚴᛉᚷᚫᚾ, Seducere; ἀποπλανᾶν. *Marc.* 13: 22. *Refer ad* ᚫᛁᚴᛉᚷᚫᚾ, Seducere.

ᚫᚠᚫᚱ, Poſt; μετά. ᚫᚠᚫᚱ ᛉᚱᛁᚾᛋ ᛞᚫᛁᚷᚫᚾᛋ ᚻᚴᚱᛖᛁᛋᚫ: Poſt tres dies reſurgam; *Matth.* 27: 63. *Marc.* 9: 2. *Luc.* 15: 13. ᚫᚠᚫᚱ ᚫᛖᛁᛏᛁᚫ, Poſt puſillum; *Matth.* 26: 73. ᚫᚠᚫᚱ ᛉᚫᛏᛖᛁ ᚫᛏᛁᚻᛞᚫᚾᛋ ᛉᚫᚴᛉ ᛁᛝᚻᚫᚾᚾᛖᛋ: Poſtquam traditus eſt Johannes; *Marc.* 1: 14. ᚫᚠᚫᚱ ᛉᚫᛏᚫ ᚢᚫᛉ ᛁᚾ ᛋᛁᛋ ᛋᛁᚫᛒᛁᚾ: Poſt hæc dixit intra ſe; *Luc.* 18: 4. *Joh.* 6: 1. ᚫᚠᚫᚱ ᛉᛝ ᚫᚴᚫ᝝ᚾ ᚷᚫᛁᚾᚫ: Poſt tribulationem illam; *Marc.* 13: 24. ᚫᚠᚫᚱ, Poſt, retrò; ὀπίσω. ᚻᛁᚱ ᚷᚫᛏᛋ ᚫᚠᚫᚱ ᛗᛁᛋ: Venite poſt me: *Marc.* 1: 17. ᛋᚫᛖᛁ ᛉᛁᚫᛁ ᚫᚠᚫᚱ ᛗᛁᛋ ᚫᚳᛁᛋᛏᚷᚫᚾ: Si quis vult me ſequi; *Marc.* 8: 34. ᛁᛞᚫᚷᚫ ᚫᚠᚫᚱ ᛁᛗᛗᚫ: Secutus eſt eum; *Matth.* 9: 9.
ᚫᚠᚫᚱ ᛉᚫᚾᚴᚫᚫ ᛉᛖᛁᚾᚫᛗᛗᚫ: In verbo tuo; ἐπὶ τῷ ῥήματί σου. *Luc.* 5: 5. ᚻᚫᛁᚻᚫᛁᛏᚻᚾ ᛁᚾᚫ ᚫᚠᚫᚱ ᚾᚫᛗᛁᚾ ᚫᛏᛏᛁᚾᛋ ᛁᛋ: Vocabant eum nomine patris ſui; ἐκάλουν αὐτὸν ἐπὶ τῷ ὀνόματι τοῦ πατρὸς αὐτοῦ. *Luc.* 1: 59.
ᚫᚠᚫᚱᚷᚫᛚᚷᚫᚾ, Sequi; *Marc.* 5: 37. *Vide* ᚷᚫᛚᚷᚫᚾ, Ire.
ᚫᚠᚫᚱᚫᚳᚫᛁᛋᛏᚷᚫᚾ, Sequi; *Marc.* 8: 34. *Vide* ᚫᚳᛁᛋᛏᚷᚫᚾ.

ᚫᚠᚫᚱ, Vices. ᚾᛋ ᚫᚠᚫᚱ ᚫᛒᛁᚷᛁᚾᛋ: De vice Abiâ; ἐξ ἐφημερίας Ἀβιά. *Luc.* 1: 5. *Vide interim an non illud* ᚾᛋ ᚫᚠᚫᚱ ᚫᛒᛁᚷᛁᚾᛋ *tantundem ſit ac ſi dicas, De illâ vice quam Abiæ poſteri in ſuo ordine obſervant. Angloſaxonibus nempe* æfopan. eafopan. eofepan *dicebantur* Poſteri, ſucceſſores. *Ita Cain & Abel dicuntur Adami atque Evæ* æfopan. *Cædmon* 23, 21. *Enos quoque dicitur* eafopa *Caini.* 25, 17. *Abrahamus denique nuncupatur* Ðafer æfepa.

45, 10. *quibus adde illud Bedæ* III, 18; heolð Eaſt-engla ꝑice æftep Eoꝑꝑpalðe Rædꝑalðeꝛ eoꝛepan:· Præfuit orientalium Anglorum regno poſt Eorpwaldum Redwaldi ſucceſſorem. *Hæc nemo non referet ad antecedens* ᚫᚠᚫᚱ, Poſt.

ᚫᚠᚩᚱᚩᚱᚾᚫᚾᛋ, Deſcendentes, diſcedentes; ἀποβάντες. *Luc.* 5: 2. ᚫᚠïᚱᚫᚷᚫ ᛋᚾᚾᚫᚱᚷ: Receſſit ſeorſum; ὑπεχώρησε κατ' ἰδίαν. *Luc.* 9: 10. *Refer ad* ᚩᚱᚩᚱᚫᚾ.

ᚫᚠᚩᚫᚷᛁᚠᚾᚫᚾᚫᛗ ᚠᚫᛁᛗ ᚫᛁᚴᚾᛗ ïᚷhᚫᚾᚾᛖᛋ: Cum diſceſſiſſent nuntii Johannis; *Luc.* 7: 24. *Refer ad* ᚫᚷᛁᚠᚫᚾ.

ᚫᚠᚩᚱᚴᚾᚾᚫᛁᚠᚫ, Abyſſum; *Luc.* 8: 31. *Alamannis* afgrunde *vel* abcrunt *eſt* Abyſſus. *Belgis* afgrond. *Appellationis ratio ſatis eſt manifeſta.*

ᚫᚠᚫᚳᛁᛚᚷᚫ ᛏᚫᛁhᚾᚾᚫᚷᚾᚫᚳᛁ ᚫᚳᚳᚫᛁᛋ ᚠᛁᛉᛖ ᚩᚱᛋᛏᚳᚳᚫᚳ: Decimas do omnium quæ poſſideo; ἀποδεκατῶ πάντα ὅσα κτῶμαι. *Luc.* 18: 12. *Refer ad* ᚫᚳᛁᚳ, Pars, portio.

ᚫᚠᚫᚾïᚫᚳᛁ ᚸᛖᛋᚾᚾ ᚫᚾᚫ ᚠᚴᚫᚸᚾᚴᚷᚾᚫᚾᚳᛁ ᛋᚸᛖ ᚳᚫᛗᛒᚫ ᚾᛁ hᚫᛒᚫᚾᚫᚷᚾᚫ hᚫᛁᚴᚫᛖᛁᛋ: Vexati erant & projecti ſicuti oves non habentes paſtorem; *Matth.* 9: 36. *propriè Moribundi, languidi, viribus defecti. Danis certè* døe *eſt* Mori, *Anglis* die / *Alamannis verò* douuan. *Otfridus* IV, 23, 45;

Er ſcal irſterban thuruh not/
So uuizod unſer zeinot/
Joh douuan ſinen uuorton
An therero manno hanton.

& rurſus V, 12, 45;

Tho er bi unſih uuolta douuen/
Mit thiu thia uuorolt frouuen.

vide quoque III, 25, 51. *item* III, 26, 80.
Rhythmus de S. Annone, § 27;

Da mohte man ſin doũuuin
Durch helme uirhoũuuin/
Des richin Pompeiis man/
Da Ceſar den ſige nam.

ᚫᚠᚫᚳᚾᚸᚷᚳᚾ, Morti tradere; *Marc.* 14: 55. ᛖᛁ ᚫᚠᚫᚳᚾᚸᛁᛞᛖ-ᛞᛖᛁᚾᚫ ïᚾᚫ: Ut eum morti traderent; *Matth.* 27: 2. ᛞᚳᚾᚸᚳᚾ ᚫᚠᚫᚳᚾᚸᚷᚳᛁᛞᚫᚾ: Morte moriatur; *Marc.* 7: 10. *Refer ad* ᛞᚳᚾᚸᛋ, Mortuus. ᚫᚠ-

Forde / hinc: / Einn übel- / gehäuer / abhſum / in Buſch / abhſum

ΛΕΔΧΒΝ, Obmuteſce; *Luc.* 4: 35. *pro eo occurrit* ΛΕΔΝΜΒΝ *Marci* 4: 39. *quod poſtremum pronuntiatu difficilius eſt, ob concurſum plurium in fine vocis conſonantium: ita ut* ΛΕΔΧΒΝ *videri poſſint induxiſſe, qui duriorem verbi enuntiationem ſtudebant emollire. Refer utrumque ad* ΔΝΜΒΛ, Mutus.

ΛΕΔΧΜGΛΝ, Anathematizare, deteſtari; *Matth.* 26: 74. ΝΙ ΛΕΔΧΜGΛΙΔ. GΛΗ ΝΙ ΛΕΔΧΜGΛΝΔΛ: Nolite condemnare, & non condemnabimini; *Luc.* 6: 37. SΛ ΚΕΙΚS ΨΙS ΓΛΙΚΘΛΝS ΛΕΔΧΜΙΨS VΛΚΨ: Princeps hujus mundi judicatus eſt; *Joh.* 16: 11. *Refer ad* ΔΧΜGΛΝ, Judicare.

ΛΕΔΚΛΝSGΛΝ, Præcipitare. *vide* ΔΚΛΝSGΛΝ, Ex alto deorſum deturbare.

ΛΕΔΝΜΒΝ, Obmuteſce; *Marc.* 4: 39. *Refer ad* ΔΝΜΒΛ, Mutus.

ΛΕΕTGΛ, Vorax. ΜΛΝΝΛ ΛΕΕTGΛ: Homo vorax; *Matth.* 11: 19. ΜΛΝΝΛ ΛΕΕTΕΙ: Homo devorator; *Luc.* 7: 34. *Ex hac gemina voce compoſitâ videor mihi liquidò deprehendere Gothos vetuſtiores non tam* ΙΤΛΝ *quàm* ΕΤΛΝ *ſcripſiſſe; quandoquidem veteris orthographiæ ratio plerumque ſolet incorruptiùs ſervari in compoſitis. Atque adeò quoque credo hanc orthographiam perdurâſſe, uſque dum gens maſcula initiale illud* Ε *tenue ubique ferè commutavit in* Λ. ΛΙ. ΕΙ. *vel* Ι.

ΛΕΕΛΛΗΤ ΨΧ ΓΛΝΚΛ SΝΝΤΚΛΙΜ: Abſcondiſti hæc à ſapientibus; *Luc.* 10: 21. *Refer ad* ΓΝΛΓΙΝ, Occultum.

ΛΕΗΧΛΧΔΛ, Defraudavi; ἐστυκοφάντησα, *Luc.* 19: 8. *Vide* ΗΧΛΧΝ.

ΛΕΗΚΙSGΛΙΨ ΜΝΛΔΛ ΛΕ ΓΧΤΝΜ ΪΖVΛΚΛΙΜ: Excutite pulverem de pedibus veſtris; *Luc.* 9: 5. *Vide* ΗΚΙSGΛΝ.

ΛΕΛΛΓGΛΝ, Ponere, deponere; θεῖναι. *Joh.* 10: 18. *Refer ad* ΛΛΓGΛΝ.

ΛΕΛΛΙΛΧΤ ΪGΛ SΧ ΗΕΙΤΧ: Reliquit eam febris; *Matth.* 8: 15. ΛΕΛΛΙΛΧΤ ΛΗΜΛΝ: Emiſit ſpiritum; *Matth.* 27: 50. VΕΙS ΛΕΛΛΙΛΧΤΝΜ ΛΛΛΛ: Nos dimiſimus omnia; *Marc.* 10: 28. *Refer ad* ΛΕΤΛΝ, Linquere, ſinere, dimittere.

ΛΕΛΕΙΤΛΝ ΓΚΛVΛΝΚΗΤΙΝS, Dimittere peccata; *Matth.* 9: 6. *pro quo Marci* 2: 7. *& Lucæ* 5: 21 *habes* ΛΕΛΕΤΛΝ ΓΚΛVΛΝΚΗΤΙΝS. *&* ΛΕΛΕΤΛΝΔΛ ΨΝS ΓΚΛVΛΝΚΗΤΕΙS: Dimittuntur tibi peccata; *Matth.* 9: 5. ΛΕΛΕΤΙΨ, Dimittit; *Matth.* 6: 15. ΛΕΛΕΤΛΙS ΪΜ-

ΜΛ: Dimitte ei; *Luc.* 17: 4. ΛFΛETΛM, Dimittimus; *Matth.* 6: 12. ΔN ΛFΛΛTEINΛI FKΛYΛNKhTE: In remiſſionem peccatorum; *Marc.* 1: 4. *Angloſaxonibus* foplætan ȝýltaf *eſt* Dimittere delicta. foplætnýf fýnna, Remiſſio peccatorum. *Alamannis* furlazan ſunta *eſt* Remittere peccata. furlaznes ſuntono / Remiſſio peccatorum. *Propriùs igitur Gothi exprimunt Græcum* ἀφίημι *&* ἄφεσις. *at vett Belgæ propiùs accedebant ad Gothos, cùm* aflaeten *iis erat* Dimittere peccata. *unde adhuc remanſit* aflaet / aflaet-brief van den Paus / Indulgentiæ, *j. Romani pontificis litteræ veniales. Danis* afflad. *Dicebant tamen Gothi etiam* FKΛΛETΛN. *Ita legimus Lucæ* 6: 37; FKΛΛETΛIΔ ȝΛh FKΛΛETΛIΔΛ: Dimittite & dimittemini. *Iterum Lucæ* 17: 3; FKΛΛETΛIS ÏMMΛ: Dimitte illi. *denique Marci* 3: 29; NI hΛBΛIΨ ΛFΛET ΛIY: Non habet remiſſionem in æternum.

ΛFΛEIΨIΨ FΛIKKΛ MIS: Diſcedite à me; *Matth.* 7: 23. ΛFΛEIΨIΨ, Recedite; *Matth.* 9: 24. ΛFΛΛIΨ ΔN MΛREIN: Seceſſit ad mare; *Marc.* 3: 7. ΛFΛΛIΨ ΛΛȜΛΨ: Profectus eſt peregre; *Marc.* 12: 1. ΛFΛΛIΨ ȜEKΛ rΛNχhΛ: Peregre fuit annis multis; *Luc.* 20: 9. *Refer ad ea quæ fuſè dicimus in* ΛEIΨΛN.

ΛFΛEIΨΛNΔΛNS ΛΛΛΛTΛ: Relinquentes omnia; *Luc.* 5: 11. *Vide an non referri poſſit ad ea quæ diximus in* BIΛEIΨΛN, Relinquere.

ΛFΛETΛN UEN, Repudiare, dimittere uxorem; *Marc.* 10: 4. ΛFΛEITΛNΛ ΛINrΛIΨ: Dimiſſam à viro ducit; *Luc.* 16: 18.

ΛFΛIFNΛN, Reſtare, ſupereſſe, reſiduum eſſe, relinqui. SIΛBχ ΛFΛIFNIΨ ΛINΛTΛ: Ipſum manet ſolum; *Joh.* 12: 24. ΨΛTEI ΛFΛIFNχΔΛ ÏM: Quod ſuperfuit illis; *Luc.* 9: 17. ΛFΛIFNΛNΔEINS ΔKΛNhSNχS rΛΛISIΨ: Reliqua fragmenta colligite; *Joh.* 6: 12. *cui affine eſt illud Marci* 8: 8; ΛΛIBχS rΛBKNKχ NSNEMNN: Quod ſupererat de fragmentis ſuſtulerunt. rumeſ ðinȝeſ laſe, Reliquiæ; *gr Ælfrici, cap.* 13. aleibon / Reliquiæ; *gl Lipſii.* farleipter / Reliquum. aleiba / Reſidua; *gl B*, 46. ȝa leibu iſt / Reliquum eſt; *gl A*, 11. pilibe / Maneat. piliben / Remanent. ȝa leibu iſt / Reſtat; *Kero. Græcis* λείπειν, ἀπολείπειν *eſt* Linquere, relinquere. *Vide annotata ad Tatiani* CCXI, 1.

ΛFMΛIT Ψχ: Erue eam; *Matth.* 5: 30.
ΛFMΛIT Ψχ: Aſcinde illam; *Marc.* 9: 43.
ΛFMΛIMΛIT ÏMMΛ hΛNBIΨ ÏN KΛRKΛRΛI: Decollavit eum in carcere; *Marc.* 6: 27.

ᚫᚠᛗᚫᛁᛗᚫᛁᛏ ᛁᛗᛗᚫ ᚫᚾᛊᛉ ᛏᚫᛁᚻᛊᚣᛉ: Abſcidit ei auriculam dexteram; *Joh.* 18: 10. *Refer ad* ᛗᚫᛁᛏᚫᚾ, Concidere, conſcindere, præſecare.

ᚫᚠᛗᚫᚴᛉᚷᚫᚾ, Scandalizare. ᚫᚠᛗᚫᚴᛉᛖᛁᚾᛊ ᚱᚫᛒᛖᛁᚾᛊ: Deceptio divitiarum. *Vide quæ dicimus in* ᛗᚫᚴᛉᚷᚫᚾ.

ᚫᚠᚾᛁᛗᚫᚾ ᛁᛞᚣᛖᛁᛏ: Auferre opprobrium; *Luc.* 1: 25.
ᚫᚠᚾᛁᛗᚫᛞᚫ ᛁᛗᛗᚫ ᚠᚫᛏᛖᛁ ᚻᚫᛒᚫᛁᚠ: Auferetur ab eo quod habet; *Marc.* 4: 25. *Luc.* 8: 18.
ᚫᚠᚾᛁᛗᚫᚾᛞᚫᛊ ᛁᚾᚫ ᚫᚠ ᛗᚫᚾᚫᚱᛖᛁᚾ ᛊᚾᚾᛞᚫᚴᛉ: Apprehendens eum de turbâ ſeorſum; *Marc.* 7: 33. *Refer ad* ᚾᛁᛗᚫᚾ, Capere, apprehendere.

ᚫᚠᛟᚫᚢᚷᚫᚾ, Suffocare, exſtinguere.
ᚫᚠᛟᚫᚢᚷᚫᚾᛞ, Suffocant; *Marc.* 4: 19.
ᚫᚠᛟᚫᚢᚾᚾᚫᚾᛞ, Suffocantur; *Luc.* 8: 14.
ᚫᚠᛟᚫᚢᚾᛉᛞᛖᚫᚾᚾ ᛁᚾ ᛗᚫᚴᛖᛁᚾ: Suffocabantur in mari; *Marc.* 5: 13.
ᚫᚠᛟᚫᚢᛁᛞᛖᚫᚾᚾ, Suffocaverunt; *Marc.* 4: 7. ᚠᚫᚴᛖᛁ ᚠᚷᚾ ᚾᛁ ᚫᚠᛟᚫᚢᚾᛁᚠ: Ubi ignis non exſtinguitur; *Marc.* 9: 48. ᛁᚾ ᚠᚷᚾ ᚠᚫᛏᚫ ᚾᚾᛟᚫᚢᚾᚾᚫᚾᛞᚫᚷ: In ignem inexſtinguibilem; *Marc.* 9: 43 & 45.

ᚫᚠᛊᚫᛏᚷᚫᚾ, Amovere aliquem ab hac vel illâ functione. *Belgis* afſetten. ᛒᛁ ᚠᛖ ᚫᚠᛊᚫᛏᚷᚫᛁᛞᚫᚾ ᚾᛊ ᚠᚫᚾᚴᚫᚱᚱᚷᚫ: Cum amotus fuero à villicatione; *Luc.* 16: 4. *Refer ad* ᛊᚫᛏᚷᚫᚾ.

ᚫᚠᛊᚫᛏᚷᚫᚾ ᚢᛖᚾ, Dimittere uxorem; *Marc.* 10: 2. ᚫᚠᛊᚫᛏᛖᛁᚾᚫᛁᛊ ᛒᚷᚴᚷᛊ ᛗᛖᚫᚷᚫᚾ: Repudii libellum ſcribere; *Marc.* 10: 4.

ᚫᚠᛊᚫᚫᚻᚫᛗ ᛁᚾᚫ: Occidamus illum; *Luc.* 20: 14.
ᚫᚠᛊᚫᚷᚻᚢᚾ ᛁᚾᚫ: Occiderunt illum; *Marc.* 12: 5.
ᚫᚠᛊᚫᚷᚻ ᛁᛗᛗᚫ ᚫᚾᛊᛉ: Amputavit illi auriculam; *Marc.* 14: 47.
Refer ad ᛊᚫᚫᚻᚫᚾ, Percutere.

ᚫᚠᛊᚫᚫᚾᚠᚹᚾᚷᛞᛖᚫᚾᚾ ᚫᚫᚫᛁ, Mirati ſunt omnes; *Marc.* 1: 27.
ᚫᚠᛊᚫᚫᚾᚠᚹᚾᚷᛞᛖᚫᚾᚾ ᛁᚾ ᚠᚫᚾᚴᛞᛖ ᛁᛊ: Obſtupeſcebant in verbis ejus; *Marc.* 10: 24. ᚷᚫᚻ ᚠᚫᚱᚠ ᚫᚠᛊᚫᚫᚾᚠᚹᚾᚫᚾ ᚫᚫᚫᚾᛊ: Et factum eſt ut omnes expaveſcerent; *Luc.* 4: 36. *Videri poſſunt affinitatem aliquam habere cum* ᛊᚫᚠᚫᚾ, Tacere; *propter ſilentium illud intra quod ſe tenere ſolent formidine vel admiratione tacti.* Auferunt nobis vocem, quæ fieri poſſe non credimus; & ſilentium eſt admiratio ſubita miſerorum; *Quint. declam.* II. *Niſi quis fortè putabit propiùs accedere ad Angloſaxonicum* ꝛlapan *vel* aꝛlapan, In ſecuritatem ſegnitiémq; otio ſolvi. *unde* ꝛlæꝑ *vel* ꝛlepꝺ, Pigritia, inertia.

Anglis

Anglis sloth. *Solent enim homines admiratione vel metu externati in eodem veſtigio ac ſtatu aliquamdiu perdurare & immoti defixíq; veluti per inertiam torpere.*

ᚨᚠSTᚨNᛞᚨNᛞ ïN M᛫ᚨᛚ ᚠᚴᚨIST᛫BNGᛉS: Recedunt in tempore tentationis; *Luc.* 8: 13. ᚨᚠSTᛉᚠ ᚠᚨIKKᚨ ïMMᚨ ᛫NᛞA M᛫ᚨᛚ: Receſſit ab eo ad tempus; *Luc.* 4: 13.

ᚨᚠSTᚨSSᚨIS ᛒᛉKᛉS ᚴIBᚨI ïZᚨI: Repudii libellum det ei; *Matth.* 5: 31.

ᚨᚠSTEIT ᛞᚨᚨᚨᚠ: Deſcende; *Luc.* 19: 5. *Vide quæ in* STEIᚴᚨN *annotamus.*

ᚨᚠTᚨNᚨ, Retrò; ὀπισθεν. *Marc.* 5: 27.
ᚨᚠTᚨKᛉ, Retrò; ὀπισθεν. *Matth.* 9: 20.
᛫N ᚨᚠTᚨKᛉ; Retrò; ὀπισθεν. *Luc.* 8: 44.
ᚨᚠT᛫MISTS, Noviſſimus; ἔσχατος. *Marc.* 9: 35.
ᚨᚠT᛫MᚨNS, Noviſſimi; ἔσχατοι. *Marc.* 10: 31.
ᚨᚠT᛫MIST hᚨBᚨIᚠ ᛞᚨ᛫hTᚨK MEINᚨ: In extremis eſt filia mea; ἐσχάτως ἔχει τὸ θυγάτριόν μου. *Marc.* 5: 23.

ᚨᚠTᚨ᛫NKNIᛞ, Rumpit; *Luc.* 5: 36. *Vide* TᚨIKᚨN, Rumpere.

ᚨᚠTI᛫hᚨN, Reducere. hᚨIhᚨIT ïNᚨ ᚨᚠTI᛫hᚨN ᚠᚨIKKᚨ STᚨᚠᚨ ᚨGITIᚨ: Rogavit eum à terrâ reducere [*navem*] puſillùm; *Luc.* 5: 3. ᚨᚠTI᛫hᚨNᛞᚨS ïNᚨ ᛈᚨITK᛫NS: Apprehendens eum Petrus; *Marc.* 8: 32. *Pertinet ad* TI᛫hᚨN, Ducere, trahere.

ᚨᚠTKᚨ, Denuò, rurſus, iterum; πάλιν. *Matth.* 5: 33. *Marc.* 10: 1, 10. 12: 4. *Joh.* 9: 27. 11: 8. *Angloſaxonibus* eft *eſt* Iterum. *Cimbris* ᛫ABᚨᛈᚢ. *Alamannis* abur. aubr. auor. auar. *quæ videntur affinia Græco* ἄυ *vel* ἄυθι *vel* ἄυδις *vel* αὖδις. Rurſus. *Quemadmodum enim Theotiſcum* aubr *videri poteſt deſumpta ex* αὐ. *ita Angloſaxonicum* eft *& Gothicum* ᚨᚠTKᚨ *videri poſſunt factum ex* αὖδι. *ſiquidem antiquiores Græci putantur* ἀφδι *pronuntiâſſe pro* αὖδι.

ᚨᚠTKᚨhᚨITᚨN *eſt* Reinvitare, *i. rurſus invitare eum qui prior invitaverat. Luc.* 14: 12.

ᚨᚠᚠᚨIᛈhIᚠ, Fugit; *Joh.* 10: 13. *Refer ad* ᚠᚨIᛈhᚨN, Fugere.

ᚨᚠᚠᛉᚨhᚨN, Lavare, abluere; *Joh.* 9: 11. *Refer ad* ᚠᛉᚨhᚨN.

ᚨᚠUIᚠIᚠ ᚨᚨᚨ᛫MMᚨ ᚨIGINᚨ SEINᚨ᛫MMᚨ: Renuntiat omnibus

bus quæ possidet; ἀποτάσσεται πᾶσι τοῖς ἑαυτοῦ ὑπάρχουσιν. *Luc.* 14: 33.

ᚫᚠᚹᚫᛁᚴᚨᚫᚾ ᛋᛏᚫᛁᚾᚫᛗ, Lapidare; λιθάσαι. *Joh.* 11: 8.
ᚫᚠᚹᚫᛁᚴᚨᚫᚾᛞᚫᛋ ᚹᚫᛋᛏᚷᚫᛁ ᛋᛖᛁᚾᚫᛁ: Projiciens vestimentum suum; *Marc.* 10: 50. *Refer ad* ᚹᚫᛁᚴᚨᚫᚾ, Mittere, projicere.

ᚫᚠᚹᚫᛚᚹᛁᚠᛋ ᛁᛋᛏ ᛋᚫ ᛋᛏᚫᛁᚾᛋ: Revolutus est lapis; *Marc.* 16: 4. *Refer ad* ᚹᚫᛚᚹᚷᚫᚾ, Volvere, revolvere.

ᚫᚷᚾᚴᚫᚾᚠ. ᚫᛁᛒᚫᛁᚠ ᛁᚾ ᚫᚷᚾᚴᚫᚾᚠ: Vivet in æternum; ζήσεται εἰς τὸν αἰῶνα. *Joh.* 6: 51 & 58. *Anglis* age *est* Ætas. *Quisquis verò attendet ad ea quæ in Gothico nostro alphabeto diximus de affinitate literæ* ᚷ *cum* ᚠ *consono, facilè quoque concedet* ᚫᚷᚾᚴᚫᚾᚠ *&* age *referri posse ad* αἰών, Ævum.

ᚫᚻᚫᚴᛋ, Columba. ᚫᛏᛁᛞᛞᚷᚫ ᚫᚻᛗᚫ ᛋᚫ ᚹᛖᛁᚻᚫ ᛋᚹᛖ ᚫᚻᚫᚴᛋ ᚫᚾᚫ ᛁᚾᚫ: Descendit spiritus sanctus sicut columba in ipsum; *Luc.* 3: 22. ᚴᚫᛋᚫ᛭ ᚫᚻᛗᚫᚾ ᛋᚹᛖ ᚫᚻᚫᚴ ᚫᛏᚴᚫᚱᚴᚾᛞᚫᚾ ᚫᚾᚫ ᛁᚾᚫ: Vidit spiritum tanquam columbam descendentem in ipsum; *Marc.* 1: 10. ᛏᚹᚱᛋ ᚷᚻᚱᚱᚱᚾᛋ ᚫᚻᚫᚴᛖ: Duos pullos columbarum; *Luc.* 2: 24. ᛋᛁᛏᚫᚾᛋ ᛈᛁᛉᛖ ᚠᚴᚫᛒᚻᚱᚷᚫᚾᛞᚫᚾᛖ ᚫᚻᚫᚴᛁᛗ ᚾᛋᚹᚫᚫᛏᛁᛞᚫᚫ: Cathedras vendentium columbas evertit; *Marc.* 11: 15. *Videri potest* ᚫᚻᚫᚴᛋ *per quandam literarum transpositionem (priùs tamen anteriore* ᚴ *in aspirationem commutato) desumptum ex* ἄκακος, Minimè malus, innocens, simplex, ab omni fraude alienus. *Huc facit locus Otfridi* I, 25, 49. *ubi rationem reddit cur Sanctus spiritus specie columbæ descenderit in Christum baptizatum.*

Er uuas dubun gilih/
Thaz uuas so gilumphlih/
Thuruh ira guati
Joh thas mammunti.
Thar n' ist gallun ana uuiht/
Ouh bitteres na uuiht.
Mit snabilu ni uuinnit/
Ouh mit fuazin ni krimmit.
So ist ther heilego geist.
Thiu sconi ist al in imo meist.
Suaznissi inti guati/
Joh mammunti gimuati. *&c.*

ᚫᚻᚫᚾᚫ ᛁᚾᛏᚫᚾᛞᛖᛁᛉ ᚠᚾᚾᛁᚾ ᚾᚾ᛭ᚫᛚᚠᚾᚫᚾᛞᚫᛁᚾ: Paleas com-

buret igne inextinguibili; τὸ ἄχυρον κατακαύσει πυρὶ ἀσβέστῳ. *Luc.* 3: 17. *Affine huic videtur illud Alamannici gloſſarii D*, 10; Feſtuca, agena. Ariſta, idem. *Fortaſſè quoque videbuntur aliquibus* ᚫhᚫNᚫ *&* agana *non ita multùm receſſiſſe ab* ἄχυρον.

ᚫhGᚫN, Arbitrari. NI ᚫhGᚫIᚹ ᚹᚫTEI UEMGᚫN ᚫᚱGᚫN ΓᚫᚠᚫIKᚹI ᚫNᚫ ᚫIKᚹᚫ: Nolite arbitrari quia pacem veni mittere in terram; *Matth.* 10: 34. *Angloſaxonibus* ehtian *eſt* Æſtimare, putare. *Alamannis* ahton. *Belgis* achten. ἡγέομαι, ἡγέμαι *Græcis eſt* Arbitror, puto.

ᚫhMᚫ, Spiritus; *Joh.* 6: 63. SᚠERNEIᛞ ᚫhMᚫ MEINS: Exultat ſpiritus meus; *Luc.* 1: 47. ᚫhMᚫ SᚢNGᚱS: Spiritus veritatis; *Joh.* 14: 17. ᚫhMᚫ Sᚫ UNhKᚫINGᚫ: Spiritus immundus; *Marc.* 1: 26. 5: 8. ᚫhMᚫ UNKᚱᛞᚫGᚫNᛞS: Spiritus mutus; *Marc.* 9: 25. ᚫhMᚫ Sᚫ ᚹEIhᚫ: Spiritus ſanctus; *Joh.* 7: 39. 14: 26. ᚫhMᚫ ᚹEIhS: Spiritus ſanctus; *Luc.* 1: 35. 2: 25. ᚫᚠᚫᛚIᛚᚱT ᚫhMᚫN: Emiſit ſpiritum; *Matth.* 27: 50. NIN ᚹITUᚹ ⊙IS ᚫhMᚫNS SIGUᚹ: Neſcitis cujus ſpiritus eſtis; *Luc.* 9: 55. *Græcis* ἄνεμος *eſt* Flatus, ſpiritus. *ab* ἄω *vel* ἄημι, Flo, ſpiro.

ᚫhS, Spica; *Marc.* 4: 28. ᚫhSᚫ KᚫNNGᚫN: Spicas vellere; *Marc.* 2: 23. KᚫNNIᛞEᛞNN ᚫhSᚫ: Vellebant ſpicas; *Luc.* 6: 1. *Angloſax.* eaꝑ. ahep. *Alam.* ăr. *Dan.* aꝛ. *Angl.* ear of corn. *Belg.* ader/ korn-ader. *Græcis eſt* ἀθήρ. *Plura vide in Obſervatis noſtris ad Willerami paginam* 73. *ſicuti & Voſſii etymologicum Latinum in* Ariſta.

ᚫhTᚫN ᛞᚫTᚱS, Octo dies; *Luc.* 9. 28. BI ᚹE NSᚠNᚫLᚫ-NᚱᛞᚫEᛞNN ᛞᚫTᚱS ᚫhTᚫN: Poſtquam conſummati ſunt dies octo; *Luc.* 2: 21. ᚹᚫKᚹ IN ᛞᚫTᚱᚫ ᚫhTNᛞIM: Factum eſt in die octavo; *Luc.* 1: 59. ᚹIᛞNᚹᚱ GEKE ᚫhTᚫNTEhNNᛞ GᚫH ᚠIᛞᚹᚱK: Vidua annorum octoginta quatuor; *Luc.* 2: 37. ᚫhTᚫNTEhNNᛞ, octoginta; *Luc.* 16: 7. *Cambrobritannis* wyth *eſt* octo. *Angloſaxonibus* eahta. *Alamannis* aht. *Cimbris* ΛΛΛΛ. *Danis* att. *Iſlandis* aatta. *Anglis* eight. *Belgis* acht. *Græcis* ὀκτώ.

ᚫIBRS, Munus; *Matth.* 5: 23.

ᚫIRᚫN, Habere, poſſidere. ᚹᚫᛚᛞNᚠNI ᚫIh: Poteſtatem habeo; *Joh.* 19: 10. GᚫH ᚫNᚹᚫRᚫ ᚫᛚMBᚫ ᚫIh: Et alias oves habeo; *Joh.* 10: 6. ᚫIRᚫNᛞS, Habens; *Marc.* 12: 6. *Luc.* 15: 4. 20: 28.

ᚫIhNM

ᚫᛁᚺᚿᛗ ᛉᛁᛏᚱᚹ: Habemus legem; *Joh.* 19: 7. ᚠᚫᚿᚺᚱᚿᛋ ᛚᚴᚱᛒᚱᛋ ᚫᛁᚴᚿ: Vulpes foveas habent; *Matth.* 8: 20. ᚫᛁᚺᛏᚫ, Habebat; *Luc.* 15: 11. ᚫᛁᚺᛁᛞᚫ, Habebat; *Luc.* 16: 1. ᚿᛁ ᚫᛁᚺᛏᛖᛞᚪᛖᛁᛋ ᛉᚫᚫᚿᚦᛖᚿᚷᛖ ᚫᛁᚿᚺᚿᚿ ᚫᚿᚫ ᛗᛁᚴ: Non haberes poteſtatem ullam adverſum me; *Joh.* 19: 11. *Angloſax.* ᚪᚷan *eſt* Habere, poſſidere. *Alam.* eigan. *Cimbr.* ᚼᛁᚠᚫ. *Iſl.* eiga. *Nemo non videt quantam hæc habeant affinitatem cum Græco* ἔχειν, Habere. *Gothis quoque* ᚫᛁᚴᛁᚿ *vel* ᚫᛁᚺᚿ *eſt* Proprius, *item* Peculiaris ac propria poſſeſſio. *Angloſax.* ᚪᚷen. *Alam.* eigan. *Cimbr.* ᚼᛁᚠᚴ. *Dan.* eget. *Iſl.* eyga. *Angl.* own. *Belg.* eygen. *de quibus fuſè egimus in annotatis ad Tatiani* XIII, 5.

ᚫᛁᚺᛏᚴᚱᚿ, Mendicare. ᛋᚫᛏ ᚠᚫᚿᚴ ᛉᛁᚱ ᚪᚿ ᚫᛁᚺᛏᚴᚱᚿ: Sedebat juxta viam ad mendicandum; *Marc.* 10: 46. *Luc.* 18: 35. ᛋᚫ ᛁᛋᛏ ᛋᚫᚷᛁ ᛋᚫᛏ ᚫᛁᚺᛏᚴᚱᚿᚫᛋ: Hic eſt qui ſedebat mendicans; *Joh.* 9: 8. ἐικτεὸς *Græcis eſt* Miſerandus, miſericordiâ vel commiſeratione dignus. οἶκτος, Miſericordia, commiſeratio. *Omnium nunc cogitationibus primo ſtatim intuitu liquere puto quantam inter ſe habeant affinitatem* ᚫᛁᚺᛏᚴᚱᚿᚫᛋ *&* ἐικτεός. *Omnes adhæc agnoſcent hanc* ἐικλεῶν *appellationem optimè competere iis qui ærumnoſam vitam alimentis quotidie petendis ac repetendis ſuſtentare coguntur, quíq; miſerabili planctu oſtiatim orant atque exorant exiguum quid quo fugientem animam in poſterum modò diem prorogent. Quod ſi quis tamen cenſeat* ᚫᛁᚺᛏᚴᚱᚿ *propiùs accedere ad* αἰτεῖν, Poſcere, poſtulare, *is pro ſe afferet compoſita quoque* ἐπαιτεῖν *&* προσαιτεῖν *Græcis uſurpata pro* Mendicare, *quodq; inde* αἴτης, ἐπαίτης, προσαίτης *dictus ſit* Mendicus. *atque adeò quoque ab eodem* αἰτεῖν (*quemadmodum author eſt Euſtathius in Odyſſ.* Z.) αἰτωλὸς, *nomen gentis, tecto ſcommate, tranſlatum ſit ad Mendicum. Huc etiam facit quòd Argenteo codici* ᛒᛁᛞᚪᚷᚫᚿ *eſt* Mendicare, *Luc.* 16: 3. *ac fortaſſe hinc etiam* ᛒᛁᛞᚫᛚᚷᚫ *dicitur* Cœcus, *Joh.* 9: 8. *Alamannis* betolon *vel* petlen *eſt* Mendicando inopiam propulſare. betolond / Mendicans. betalari / Mendicus. *Otfridus libro* III, *capp* 20 *&* 21. *Belgis* bedelen *eſt* Exiguam ſtipem emendicare. *verbum Frequentativum à* bede / Petitio, ſupplicatio. *ut propriè nihil aliud ſit* bedelen / *quàm Miſeram illam mendicantium cantilenam ſinè fine iterare. Italis* pezzente, pitocco, pitticco *fortaſſe dictus eſt Mendicus, à Teutonico* bidden *vel* pitten / Orare. *At Hiſpanica* picareár *vel* picardeár, *Mendicare.* Picaro, *Mendicus, deſumpta putant ex Teutonico* begeren / Poſcere, deſiderare, concupiſcere. *unde quoque promanâſſe cenſent Anglica* beg *&* begger / Mendicare *&* Mendicus. *Cæterùm de his vide etymologicum noſtrum Anglicum in* Beg.

ᚫᛁᚿᚠᚫᛚᚹ, Simplex. *Matth.* 6: 22. *Angloſax.* anfealo. *Alam.* einfalt.

Isl. einfalldur. *Dan.* enfoldig. *Belg.* eenvoudig/eenvuldig. *Facilè in his omnibus dignoscas Teutonicum* faldan/ Plicare. ΛINFΛΛΨ *itaque est Unius veluti plicæ. prorsus ut* Simplex *Latinis dicitur quasi Sinè plicâ*; Duplex, *duarum plicarum*; Triplex, *trium*, *&c.* ἁπλόω ἁπλοῦς *Græcis quoque est ab* ἁπλόω, Explico, *i. expandendo plicas omnes tollo. Huc etiam pertinet* MΛNΛRFΛΛΨ, Multò plura; *Luc.* 18: 30. FIΛNKFΛΛΨ, Quadruplum; *Luc.* 19: 8. TΛVIΛ ΛKKΛN TΛIHNTΛIHNΛFΛΛΨ: Fecit fructum centuplum; *Luc.* 8: 8.

ΛINS, Unus. εἷς. ΛINS ÏZVΛKΛ RΛΛEVEIΨ MIK: Unus ex vobis tradet me; *Joh.* 13: 21. FΛN RXΨ NNSΛK FΛN ΛINS ÏST: Dominus Deus noster Dominus unus est; *Marc.* 12: 29. GXTΛ ΛINS ΛIΨΨΛN ΛINS STRIKS NI NSΛEIΨIΨ ΛF YITXΛΛ: Jota unum aut unus apex non præteribit à lege; *Matth.* 5: 18. ΨΛNΛSEIΨS NI SINΛ TVΛ. ΛK ΛEIK ΛN: Jam non sunt duo, sed una caro; *Marc.* 10: 8. ΛINFΛΛΨ, Simplex; *Matth.* 6: 22. *quod vide suo loco.* ΛINΘΛKGΛNEH ÏZE hΛNΛNNS ΛNΛΛΛRGΛNΛS: Unicuique vel singulis illorum manus imponens; ἑνὶ ἑκάστῳ αὐτῶν τὰς χεῖρας ἐπιθείς. *Luc.* 4: 40. 16: 5. ΛINShNN ΨΛNΛSEIΨS NI RΛΛΛNKSTΛ ÏNΛ FKΛIhNΛN: Nemo exinde audebat illum interrogare; *Marc.* 12: 34. ΛINShNN NI FΛIFΛh ÏNΛ: Nemo apprehendit eum; *Joh.* 8: 20. ΛINShNN NS ÏZVIS NI FKΛIhNIΨ MIK: Nemo ex vobis interrogat me; *Joh.* 16: 5. NIhΨΛN ΛINShNN SVEΨΛNh BΛΛΨΛBΛ KXΛIΛΛ BI ÏNΛ: Nemo tamen palàm loquebatur de illo; *Joh.* 7: 13. NI ΨΛNΛSEIΨS ΛINXhNN RΛSEΘNN: Neminem amplius viderunt; *Marc.* 9: 8. NI FKΛUISTIΛΛ ÏZE ΛINNMMEhNN: Non perdidi eorum quemquam; *Joh.* 18: 9. NIΛINShNN MΛR UIMΛN ΛT MIS: Nemo potest venire ad me; *Joh.* 6: 65. *Plura vide suo loco. Anglosaxonibus* an *est* Unus. *Cambrobritannis* un. *Alamannis* ein. *Cimbris* HIK. *Danis* en. *Islandis* eynn. *Anglis* a/ an/ one. *Belgis* een. *Affinia sunt Græco* εἷς, ἑνός.

ΛINS, Solus; μόνος. *Luc.* 9: 36. *Joh.* 6: 15. MIK ΛINΛNΛ BIΛEIΨIΨ: Me solum relinquetis; *Joh.* 16: 32. NIBΛI KΛNKNX ΘΛITEIS RΛΛKINSΛNΛX ÏN ΛIKΨΛ RΛSVIΛTIΨ. SIΛBX ΛINΛTΛ ΛFΛIFNIΨ: Nisi granum frumenti cadens in terram moriatur, ipsum solum relinquitur; *Joh.* 12: 24. NSTΛNh ÏNS ΛNΛ FΛIKRNNI hΛNh SNNΛKX ΛINΛNS: Duxit illos in montem excelsum seor-

seorsim solos; *Marc.* 9: 2. ᚨᛁᚾᛚᚺᚨ ᛋᚢᚾᚾᛋ: Unicus filius; μονογενὴς υἱός. *Luc.* 7: 12. ᚨᛁᚾᛩᚺᛩ ᛞᚨᚾᚺᛏᚨᚱ: Unica filia; μονογενὴς θυγάτηρ. *Luc.* 8: 42. ᚹᚨᛏ ᚨᛁᚾᛩᛁ, Solùm; μόνον. *Matth.* 5: 47. 8: 8. 9: 21.

ᚨᛁᛞᚨᛏᚢᚾᛞᚨᚷᚨ, Rubus. βάτος. *Marc.* 12: 26. *Luc.* 6: 44. 20: 37. *Ab hac voce Gothicâ Æcentia videtur medii ævi scriptoribus Alamannicis usurpatum pro* Senticeto *vel* Vepribus. *Occurrit in illâ Goldasti chartâ Alamannicâ quæ est numero* XXXIX. *Initium interim Gothicæ vocis videtur affinitatem aliquam habere cum Græco* ἀκὴ, Acies. *At* æcentia *videri quoque potest quàm proximè accedere ad* ἄκανθα, Spina.

ᚨᛁᚱ, Ante, priùs. *Anglosax.* æꝛ. *Alam.* er. *Angl.* ere. *Belg.* eer. ᚠᛁᚨᚾ ᚨᛁᚱ ᚹᛁᛋ ᛞᚨᛚᚷᛁᛋ: Valdè manè; *Marc.* 16: 2. ᚨᛁᚱ ᚾᚺᛏᚤᛩᚱᚾ ᚾᛋᛋᛏᚨᚾᛞᚨᚾᛞᚨᛋ: Diluculo valdè surgens; *Marc.* 1: 35. *Hæc & similia loca in Anglosaxonicis quoque Francicísq; monumentis frequenter occurrentia aliquando mihi injecerunt suspicionem hanc primam esse atque antiquissimam vocis* ᚨᛁᚱ *acceptionem, desumtámq; ex Græco* ἦῤ, Diluculum, tempus matutinum. *ut* æꝛ *olim de matutino h. e. priore vel anteriore diei tempore sit acceptum, postea verò latiùs extensum sit ad quodvis aliud antecedens tempus. Ab hoc interim* ᚨᛁᚱ Prisci mortales & qui temporibus antiquissimis vixerunt ᚨᛁᚱᛁᛉᚨᚾ *dicebantur.* ᚢᛁᚹᚨᚾ ᛁᛋᛏ ᚹᚨᛁᛘ ᚨᛁᚱᛁᛉᚨᛘ: Dictum est antiquis; *Matth.* 5: 21. *Inde quoque* ᚨᛁᚱᛁᛋᚹᚨᚾ *erat* Olim. ᚨᛁᚱᛁᛋᚹᚨᚾ ᛁᚾ ᛋᚨᚲᚲᚾᛘ ᚷᚨᚺ ᚨᛉᛚᚱᚾ ᛋᛁᛏᚨᚾᛞᚨᛁᚾᛋ ᚴᚨᛁᛞᚨᚲᛁᛁᚱᚷᚨᛞᚨᛁᚾᚨ: Olim in cilicio & cinere sedentes pœniterent. *Luc.* 10: 13.

ᚨᛁᚱᚹᚨ, Terra. *Anglosax.* eoꝛ᛫ðe. *Alam.* erda. herda. ertha. hertha. *Dan.* jord. *Belg.* aerde/eerde. Herthæ *meminit Tacitus de Germanorum moribus, cap.* 40; *ubi ait*; In commune Hertham, id est Terram matrem colunt, eámq; intervenire rebus hominum, invehi populis arbitrantur. *Vocis etymologiam tradit Vossius in arduo opere de Origine & progressu idololatriæ, libro* II, *cap.* 62.

ᚨᛁᚱᚾ, Nuntii, legati. ᚨᚠᛚᚨᛁᚹᚨᚾᛞᚨᚾᛘ ᚹᚨᚾ ᚹᚨᛁᛘ ᚨᛁᚱᚾᛘ ᛁᛋᚺᚨᚾᚾᛖᛋ: Quum discessissent nuntii Johannis; *Luc.* 7: 24. ᛁᚾᛋᚨᚾᛞᛁᛞᚨ ᚨᛁᚱᚾᚾᛋ ᚠᚨᚾᚴᚨ ᛋᛁᛋ: Misit nuntios ante conspectum suum; *Luc.* 9: 52. *Potissimus tamen locus est in parabolâ duorum Regum pugnam meditantium, Luc.* 14: 32; ᛁᚾᛋᚨᚾᛞᚷᚨᚾᛞᚨᛋ ᚨᛁᚱᚾ. ᛒᛁᛞᚷᛁᚹ ᚴᚨᚤᚨᛁᚱᚹᚷᛁᛋ: Mittens legationem, rogat ea quæ pacis sunt; ἀποστείλας πρεσβείαν, ἐρωτᾷ τὰ πρὸς εἰρήνην. *His valdè sunt affinia quæ habet Runicum lexicon in* ᚺᛁᚱᛚ,

Pax. ᚨᚨᚱᚦᚨᚱᛉᚨᚦᚢᚺ. ᚨᚨᚱᚢᛉᛁᚾᚾᚨ, Vir bellicosus, turbas ac discordias amans. ᚨᚦ ᚨᚨᚱᚨ, Paciſci. *Ac plura etiammum habet etymologicum noſtrum Anglicum in* **Ambaſſadour**.

ᚨᛁᚴᛉᚷᚨᚾ, Seducere, in errorem inducere. **ᚨᛁᚴᛉᛖᛁᛒ ᛒᛉ ᛗᚨᚾᚨᛚᚱᛖᛁᚾ**: Seducit turbas; *Joh.* 7: 12. **ᚨᛁᚴᛉᚷᚨᚾᛞᚪᛋ**: Seductor; *Matth.* 27: 63. **ᚷᚢᛋ ᚦᛁᚨᚢ ᚨᛁᚴᛉᚷᚨᛁ ᛋᛁᚷᚢᛒ**: Vos multum erratis; *Marc.* 12: 27. **ᚨᛁᚴᛉᛁᛒᚨ**, Error; *Matth.* 27: 64. *Alamannis* irren / ge-irren *eſt* In errorem impellere, à rectâ viâ abducere. irre gen. irre faran / Errare, vagari. irrer / Vagus. irri muat / Vaga mens. irrido / irrituom / Error. *vett Belgis* **erren** *eſt* Errare. **erredom** / Error. *Anglis* **erre** *eſt Errare.* **Error** / *Error. Joſ. Scaliger in librum Quintum Varronis de* L L *derivat ab* ἐρρειν, Errare: *adducitq; verba Homeri ex Odyſſ.* Δ, *verſu* 367; ἡ μ' οἷῳ ἔρρουσι σαώτατα νόσφιν ἑταίρων,

Erranti à ſociis mihi quæ procul obvia facta eſt.

Vide interim Obſervata noſtra ad Willerami paginam 11. *ſicuti & Voſſii etymologicum Latinum in* Errare.

ᚨᛁᛋᛏᚨᚾ, Revereri. **ᚾᛁ ᚨᛁᛋᛏᚨ ᛗᚨᚾᚾᚨᚾ**: Non revereor hominem; *Luc.* 18: 2 & 4. **ᚨᛁᛋᛏᚨᚾᛞ ᛋᚾᚾᚾ ᛗᛖᛁᚾᚨᚾᚨ**: Reverebuntur filium meum; *Luc.* 20: 13. *pro quo* **ᚱᚨᚨᛁᛋᛏᚨᚾᛞ ᛋᚾᚾᚾ ᛗᛖᛁᚾᚨᚾᚨ** *ſcribitur Marci* 12: 6. **ᛋᛏᚨᚾᚨ ᚠᚨᛋ ᛋᚾᛗᛋ ᚱᚷᚠ ᚾᛁ ᚷᚱᚨᚾᛞᚪᛋ ᚷᚨᚺ ᛗᚨᚾᚾᚨᚾ ᚾᛁ ᚨᛁᛋᛏᚨᚾᛞᚪᛋ**: Judex quidam erat qui Deum non timebat, & hominem non reverebatur; *Luc.* 18: 2 & 4.

ᚨᛁᚠ, Juramentum. **ᚾᛋᚱᛁᛒᚨᛁᛋ ᚦᚨᚾᛁᚾ ᚨᛁᚠᚨᚾᛋ ᚠᛖᛁᚾᚨᚾᛋ**: Reddes Domino juramenta tua; *Matth.* 5: 33. **ᛁᚾ ᚠᛁᛉᛖ ᚨᛁᚠᛖ**; Propter juſjurandum; *Marc.* 6: 26. **ᚨᚦᛏᚴᚨ ᚨᚦᚨᛁᚨᛁᚴ ᛗᛁᚠ ᚨᛁᚠᚨ ᛋᚠᚨᚱᚨᚾᛞᚪᛋ**: Iterum negavit cum juramento; *Matth.* 26: 72. *Angloſax.* aꝺ. *Alam.* eid. *Cimbr.* ᚼᛒᚢᚺ. *Iſl.* eidur. *Danis & Belgis* **eed**. *Anglis* **oath** / **oth**. *Videtur autem Juſjurandum patribus noſtris* aꝺ *dictum à denominatione Eumenidum, quæ Græcis* ὅταϱ *nuncupabantur: nam jurantes olim Diris ſeſe devovebant ac jurijurando gravem plerumque execrationem addebant, circa finem juriſjurandi diſtinctè exprimentes explanantéſq; verba quibus caput ſuum totámq; adeò domum ſuam, ſi ſcientes fefelliſſent, Deorum iræ conſecrarent. Vide Barn. Briſſonium libro* VIII *de Formulis & ſolemnibus populi Romani verbis.*

ᚨᛁᚠᛖᛁ, Mater; *Matth.* 27: 5. *Marc.* 3: 31. *Luc.* 1: 43 & 60. *Vide* **ᚨᛏᛏᚨ**, Pater.

ᚨᛁᚠ-

ΛIΨΨΛN, Autem, δέ. *Joh.* 11: 46. *Matth.* 5: 37.

ΛIΨΨΛN, Aut; *Matth.* 5: 17, 18, 36. *Marc.* 4: 17. 8: 37. *Luc.* 14: 12. 18: 29. *Etiam* NΨΨΛN *occurrit Joh.* 9: 2. *Anglosaxonibus* oððe. *Alamannis* edo. *Græcis* ἤ *vel* ἤτοι *vel* ἤτοι *est* Aut.

ΛIY *vel* ΛIYΛ ΔΛΓE *vel* ΔN ΛIYΛ *vel* ÏN ΛIYIN, *item* NNΔ ΛIY *passim occurrunt in Argenteo codice pro* Semper, in æternum, in sæculum. *quemadmodum contra* ΛIY *vel* NI ÏN ΛIYΛ *exp.* Nunquam; *Marc.* 2: 12. *Matth.* 9: 33. ΛIYEINR ΛIBΛINS: Æterna vita; *Joh.* 17: 3. ΛIYEINRS hΛEIΨKRS: Æterna tabernacula; *Luc.* 16: 9. *Manifestè sunt ab* ἀιὼν, Sæculum, ætas. ἀιώνιος, Æternus. *Huc etiam refer Alamannicum* euuig. *Danicum* evig. *Belgicum* eeuwig. *Græcis* ἀιὼν *putant dictum quasi* ἀεὶ ὤν. *quomodo & Anglosaxonica* á *vel* á á, Semper *videri possunt detruncata ex* ἀεί.

ΛIYISKRN, *verbum est ignotæ mihi significationis; de quo tamen aliquid dicimus in* ΓΛΛIYISKRΔnΔnn.

ΛIZ, Æs. *Marc.* 6: 8. *Originem vocabuli tradit Vossii etymologicum Latinum. Anglosaxonibus quoque* áp *est* Æs. *etiam* æpen *vel* æpýnn, Æneus *adeò frequenter occurrunt in pervetustis monumentis, ut videri possint Teutonica esse. Olim certè Æris nomen complectebatur etiam Ferrum, Chalybem, atque aliam quamvis materiam armis fabricandis idoneam; quod ipsum quoque in Græco* χαλκὸς *locum habuisse pluribus antehac observatum. Antiquioribus nempe sæculis minor erat ferri, quàm æris usus; & arma, quæ nunc ex ferro & chalybe, tunc ex ære plerumque fiebant. unde mihi jam olim suspicio incidit, bellicosissimam Patrum nostrorum ætatem áp vel æpen desumsisse ex* ἀιρεῖν, *eâ notione quâ significat* ἀναιρεῖν. Occidere, interimere.

AK, Sed; *Matth.* 5: 39. 8: 8. *Luc.* 8: 16. *Joh.* 9: 3. *Anglosaxonibus quoque* ac *est* Sed. *Ælfrici grammatica cap.* XLIV; Sed, ac. Non ego, sed tu; na ic. ac ðu; Non bos est, sed equus; nıʃ hıt na oxa. ac hoɲʃ:.

AKEI, Sed; *Matth.* 9: 18. 11: 9. *Luc.* 7: 25, 26. *Joh.* 16: 12, 25.

ΛKEITIS ÞnΛLGΛnΔS: Aceto implens; *Matth.* 27: 48. *Marc.* 15: 36. *Anglosax.* æced. eced *est* Acetum. *Alam.* ezzech. *Belgis* edick / eeck. *Quemadmodum verò Anglosaxonicum* eced *est ab* ecge, Acies; *ita quoque* ΛKEIT *à simili aliquâ Aciei vel Acuminis denominatione desumi potuisse ostendit vox* ΛIΘΛTNNAGΛI *Luc.* 20: 37. *Adi quoque Vossii etymologicum Latinum in* Acidus.

AKKAN,

ΛKRΛN, Fructus. ΦINΦIΔR ΛKRΛN UIΦΛNS ΦEINIS: Benedictus fructus ventris tui; *Luc.* 1: 42. EI ȜNS ΛKRΛN BΛIRΛIΦ. ȜΛh ΛKRΛN ÍZYΛR ΔN ΛIYΛ SIȜΛI: Ut fructum feratis, & fructus veſter maneat; *Joh.* 15: 16. SIΛBR ΛIKΦΛ ΛKRΛN BΛIKIΦ: Ultrò terra fructum fert; *Marc.* 4: 28. SΛ NBIΛΛ BΛRMS ΛKRΛNΛ NBIΛΛ RΛTΛNȜIΦ: Mala arbor malos fructus facit; *Matth.* 7: 17. BI ΛKRΛNΛM ÍZE NÞKNNNΛIΦ ÏNS: Ex fructibus eorum cognoſcetis eos; *Ibidem*, *paragrapho* 20. ΛKRΛNΛΛΛNS YΛIKΦIΦ: Sinè fructu efficitur; *Marc.* 4: 19. *Origo vocis petendæ eſt ex illo* ΛNKΛN, Augere, *quod fuit infra. Theotiſcis profectò* (*qui vetus Gothorum idioma in pleriſque propiùs exprimunt*) **uuachar** *&* **uuocher** *ſunt* Fructus autumnales, *item* Fœnus. *Willerami abbatis paraphraſis in Cantici cantic.* VII, 12; **do wir thes wara of the wingardo bluoie / of nah themo bluothe thas wocher ſich geſcaphe.** Videamus ſi floruit vinea, ſi flores fructus parturiunt. **uuachar** / Fructum. **uuacharum** / Fruges; *Kero.* **uuachar** / Germen; *gl B*, 22. **uuackarhaft** / Fertilis; *gl B*, 21. **uuachar** / Quæſtum; *gl C*, 14. **ſiran uuacharun** / Uſuris; *gl B*, 55. *quaſi dicas*, *Improbis fructubus. Liquet igitur Patres noſtros unum idemq; nomen tribuiſſe Fœnori & Fructibus è terrâ enatis. ut* **uuachar** *ſit ab* **auchon** / Augere: *prorſus ut Angloſaxonica* eaca. okeþ. pokeþ. Fœnus, *ſunt ab* ican *vel* eacan, Addere, augere. *Belgicum quoque* **woecker** / Uſura, *eſt à veteri* **oecken** / Augere, accumulare. *Cambrobritannis quoque* occr *&* occraeth *eſt* Fœnus, uſura. *Plura huc pertinentia invenies in Obſervationibus noſtris ad Willerami paginam* 82.

ΛKRS, Ager; *Matth.* 27: 8. *Angloſax.* aceþ. æceþ. æcẏþ. *Alam.* accar. acker. achar. *Dan.* ager. *Iſl.* akur. *Belg.* **acker**. *Græcis eſt* ἀγρός. *Anglis* **acre** *eſt* Jugerum. *Vide nobiliſſimi Spelmanni Archæologum in* Acra.

ΛΛΛKGR *conjunctum cum* ΛΛΛΛI *videtur abundare. Exempla attulimus in* ΛΛΛΛI.

ΛΛΔINS ΛΛΔE, Generationes generationum; *Luc.* 1: 50. *Angloſaxonibus* ẏlð *eſt* Ætas, generatio. *Alamannis* altar *eſt* Ævum, ætas. *unde* nio in altere *iis eſt* Nunquam, *quaſi dicas*, *Nullâ unquam ætate, nullo unquam ſæculo. Vide annotata ad Tatiani* XLII, 3.

ΛΛEYΛ RΛSΛΛBRΔEΔNN: Oleo ungebant; *Marc.* 6: 13. ΛΛEYΛ hΛNBIΔ MEINΛTΛ NI SΛΛBRΔES: Oleo caput meum non unxiſti; *Luc.* 7: 46. ΛT ÞΛIKRNNGΛ ΛΛEYGIN: Ad montem oli-

olivarum; *Marc.* 11: 1. *Luc.* 9: 29. *Cambrobritannis* eli *vel* olew *eſt* Oleum. *Angloſax.* ele. *Alam.* oli. *Gall.* huile. *Ital.* oglio. *Hiſp.* olio. *Angl.* oyl. *Dan. & Belg.* olie. *Græcis* ἔλαιον.

ᛚᚨᚿ, Posse. ᚾᛁ ᛗᚨᛏ ᚢᛁᛗᚨᚿ: Non possum venire; *Marc.* 14:20. ᚴᚱᚨᛒᚨᚿ ᚾᛁ ᛗᚨᛏ: Fodere non valeo; *Luc.* 16:3. ᚴᚨᚾᚾᛏᚢᚷᚨᛏᛊ ᚠᚨᛏᛖᛁ ᛗᚨᛏᚷᚨᚿ ᚠᚨᛏᚨ ᛏᚨᚿᚷᚨᚿ: Creditis quòd possum hoc facere? *Matth.* 9:28. ᛗᚨᛏ, Potes; *Matth.* 8:2. ᛗᚨᛏ, Potest; *Matth.* 6:24. ᛗᚨᛏᚢᛗ, Possumus; *Marc.* 10:39. ᛗᚨᛏᚢᚦ, Potestis; *Matth.* 6:24. ᛗᚨᛏᚢᚾ, Possunt; *Matth.* 9:15. ᚾᛁ ᛗᚨᚻᛏ ᛁᛊᛏ ᚴᚨᛏᚨᛁᚴᚨᚿ ᚠᚨᛏᚨ ᚴᚨᛗᛖᛚᛁᛞᚷ: Non potest solvi scriptura; *Joh.* 10:35. ᚾᛁ ᛗᚨᚻᛏᚨ ᛉᚨᛊ ᚴᚨᚾᚾᛖᛁᚴᛁᚾᚷᚾ: Non poterat sanari; *Luc.* 8:43. ᛗᚨᚻᛏᛊ, Potentia; *Matth.* 6:13. *Luc.* 1:35. 6:19. ᛊᚨ ᛗᚨᚻᛏᛖᛁᚴᚨ: Qui potens est; *Luc.* 1:49. ᚷᚨᛒᚨᛁ ᛗᚨᚻᛏᛖᛁᚴ ᛊᛁᚷᚨᛁ: Si fieri potest; *Marc.* 13:22. ᚠᚨᛏᚨ ᚢᚾᛗᚨᚻᛏᛖᛁᚷᚷ ᚨᛏ ᛗᚨᚾᚾᚨᛗ. ᛗᚨᚻᛏᛖᛁᚴ ᛁᛊᛏ ᚨᛏ ᚴᚷᚠᚨ: Quod impossibile apud homines, possibile est apud Deum; *Luc.* 18:27. *Marc.* 10:27. *Angloſaxonibus* maȝan *eſt* Posse. *Alam.* magen. *Cimbr.* ᛗᚨᚷᚨ. *Isl.* að meiga. *Dan.* maa. *Angl.* may. *Belg.* meugen / mogen. *Quod postremum valdè affine est Græco* μηχανή, Difficultates magno cum labore superare. *Nisi fortè censeas rectiùs derivari à* μῆχος, *quod idem cum* μηχανὴ, Adminiculum, commentum, artificium adhibitum ad efficiendum quod volumus: *quotquot enim id genus adminiculis abundè sunt instructi, nemo eos negaverit desiderata expeditiùs ad exitum posse perducere.*

ᛗᚨᚴᚨᚠ, Virgo; *Luc.* 1:27. ᛗᚨᚴᚨᚠᛖᛁ, Virginitas; *Luc.* 2:36. *Angloſax.* mæden. mæden man *eſt* Virgo. *Alam.* magad / magath. *Dan.* møe. *Angl.*

Angl. maid/maiden. *Belg.* maged/maegd. *Aliquot ab hinc annis, occasione priscæ hujus orthographiæ inductus, videbar mihi deprehendere manifestissimam affinitatem inter Gothicum* MΛΓΛΨ, *& Græcum* μέγεθος, Magnitudo, dignitas, majestas: *quòd magnam olim speciem, majorem dignitatem, maximam denique majestatem habuerit Virginitas: atque adeò, sicuti nos docet Servius ad versum* 601 *Sexti Æneïdos*, ignorantes usum Venereum, veteribus putabantur videre & Numina. *Notius adhæc est quàm ut multis firmari debeat, quantopere hanc Virginitatis dignationem in Vestalibus quondam suspexerint Gentiles.* Saluti publicæ dicata virginitas, *inquit Symmachus lib.* x, *epist.* 45, crescit merito, cùm caret præmio. *Complures quoque eximias Vestalium prærogativas, qui volet, petat ex Romanarum antiquitatum scriptoribus. Neque est quòd putemus eas Romæ tantùm habitas in honore, quum (ut de pluribus aliis populis nihil dicam) in ipsâ quondam Galliâ sacra quædam non nisi castissimis decerni solita sint; author est Spartianus in Pescennio Nigro. In virginibus verò Christo Domino dicatis tanti Virginitatem fecit Antiquitas, ut non veritus sit D. Hieronymus in sermone de Assumpt. affirmare;* Profectò in carne præter carnem vivere, non terrena vita est, sed cœlestis. unde in carne Angelicam gloriam acquirere, majoris est meriti, quàm habere. esse enim Angelum, felicitatis est; esse verò Virginem, virtutis: dum hoc obtinere nititur cùm gratiâ, quod habet Angelus ex naturâ. *Mirè interim firmat hanc nostram conjecturam, quòd Virgo tanti honoris nomen excelso constantiq; animo sustinens, Patribus nostris, voce merè Saxonicâ, dicebatur* hehꝛtalꝺ, *q. d. in sublimi statu collocata. quemadmodum & Virginitas iis dicebatur* hehꝛtalꝺhaꝺ. *Prius habet codex Cottonianus Matth.* 1:23; heonu hehꝛtalꝺ in hꝺiꝼ ꝛceal habba. Ecce virgo in utero habebit. *Rushworthianus quoque Luc.* 1:27; noma ꝺaꝼe hehꝛtalꝺe Maꝛia. Nomen virginis Maria. *Posterius verò occurrit in utroque codice Luc.* 2:36; ꝺioꝛ liꝼꝺe miꝺ peꝛ hiꝼe pintep ꝛioꝼune ꝼnom heꝛtalꝺhaꝺe hiꝼe. Hæc vixerat cum viro suo annis septem à virginitate suâ. *In opusculo denique de Peccatorum medicinâ, cap.* 15, hehꝛtealꝺ man *&* hæmeꝺ ceoꝛl *opponuntur inter se. Vide plura in annotatis ad Tatiani* v11, 9.

MΛΓΠS, Puer; παῖς. *ita dicitur Jesus annos natus duodecim; Luc.* 2:43. MΛΓΛΝ, Fili; τέκνον. *in Vocandi casu, occurrit mox ejusdem capitis tmemate* 48. MΛΓΠΛΛ, Puerulus; παιδάριον. *Joh.* 6:9. *Hinc* ΨΙΠMΛΓΠS *est* Famulus; *q. d. Servilis conditionis puer. quod vide suo loco.* mæȝ *interim vel* maȝa *in perantiquâ paraphrasi Cædmoniana plerumque significat* Puerum *vel* Filium. *Alamannos quoque vocabulum hoc sic accepisse, patet ex illo* mage-zogo/ *quod gl D*, 3 *exp.* Pædagogus. *Aliàs arctissimæ plerumque propinquitatis nomen est. unde & in antiquissimis Anglosaxonum reliquorúmq; Septentrionalium monumentis*

tis Cognationis ferè nomen eſt: atque adeò ab hoc nexu ſanguinis tandem quoque tranſlata eſt vox ad arctiorem amicitiæ ſocietatíſq; humanæ neceſſitudinem. Ita gloſſator Cottonianus ter quatérve mæg *vel* meg *conjunxit cum* ᵹneond, *ut ſynonyma. Cimbris quoque* ΨAᴩ *dicebatur* Socius. *Danis* magger. *Belgis* maeker.

MAihST, Fimetum, ſterquilinium. NIh an AIKΨAI. NI an MAihSTAN ᵹARK ÏST: Neque in terram, neque in ſterquilinium utile eſt; οὔτε εἰς γῆν, οὔτε εἰς κοπρίαν εὔθετόν ἐστι. *Luc.* 14: 35. *Belgis* Fimetum *dicitur* **meſſie/miſſie/miſthoop/meſthoop/meſtput**; *quòd eo ſtercorentur agri. Nam iiſdem quoque Belgis* **'t land meſten** *eſt* Agrum ſtercorare, pabulare agrum fimo.

maist

MAISTS, Major; *Marc.* 9: 34. *Luc.* 9: 46. NAhTMAT YANKhTA ΨAIM MAISTAM SEINAIZE: Cœnam fecit Principibus ſuis; δεῖπνον ἐποίει τοῖς μεγιστᾶσιν αὐτοῦ. *Marc.* 6: 21. ΨAI MAISTANS ᵹNAGANS, Pontifices, ſummi ſacerdotes. ἀρχιερεῖς. *Joh.* 19: 6. MAIZA *ſimiliter Matth.* 11: 11. *Joh.* 8: 53 *atque alibi quoque uſurpatur pro* μείζων. *Unde cuivis primo ſtatim intuitu liquere poteſt quantam affinitatem habeant* MAIZA *&* μείζων.

mâitan
mâizan
maiþr

MAITAN, Concidere, conſcindere, præſecare. BIMAITAN, Circumcidere; *Luc.* 2: 21. *Joh.* 7: 22. BIMAIT, Circumciſio; *Joh.* 7: 22, 23. AFMAIT ΨA: Abſcinde illam; *Marc.* 9: 43. ASTANS MAIMAITUN US BAIRMAM: Ramos cædebant de arboribus; *Marc.* 11: 8. AFMAIMAIT ÏMMA hANBIΨ ÏN KARKARAI: Decollavit illum in carcere; *Marc.* 6: 27. USMAITADA, Excidetur; *Matth.* 7: 19. *Luc.* 3: 9. ᵹAMAIDANS *ſunt* Debiles; *Luc.* 14: 13. *item* Confracti; *Luc.* 4: 18. *Cimbris* IF ΨIIH *eſt* Lædo. AΨIIH4, Illæſus. *Origo verbi* MAITAN *videtur poſſe referri ad illud* ἄμητος, Meſſis, *unde Latinum* Meto *deduxit Angelus Caninius, abjectâ literâ primâ; quomodo ab* ἀμέλγω *eſt* Mulgeo. *ab* ἄρουρα, Rura *ſive* Rus. *Neque novum eſt (inquit Voſſius)* Meto *à verbali potiùs deduci, quàm verbo; cum* Fateor *ſimiliter factum ſit à* φατός, Statuo *à* στατός, Patior *à* παθητός.

MAIΨMS, Donum; *Marc.* 7: 11. *Idem vocabulum agnoſcunt etiam pervetuſta Angloſaxonum monumenta; in quibus tamen laxiore ſignificatu non modò* Inſigne aliquod donarium, *ſed &* Gazam *quandoque denotat. Ac primùm quidem Gothico iſti* MAIΨMS *egregiè reſpondet quòd in Angloſaxonicâ euangeliorum tranſlatione* maðmcyrte *dicitur* Corbana. nir hyt na alyfeð þ pe arendon hyt on upe maðmcyrte:. Non licet eos mittere in Corbanam noſtram; *Matth.* 27: 6. *Sed quemadmodum* maðmcyrt *hoc in loco denotat* Arcam piis uſibus deſtinata includentem, *ita gloſſator ille qui nobilem Cottonianum codicem euangeliorum interli-*

nea-

neavit, maðmaf *vocat* Vaſa privatas cujuſque opes adſervantia. ƿato *vel* maðmaf hiſ of ȝenimma. Vaſa ejus diripere; *Matth.* 12:29. *atque eâ ferè notione Noachi arcam* maðmhofð *dixit Cædmon* 70, 19. *Quæ verò venerabili Bedæ dicuntur* Ornamenta, *i. res pretioſæ ad ornatum ac magnificentiam comparatæ, ea* maðmaf *vocat rex Alvredus. Sequentia etenim verba*, Fidem ſuam, quæ omnibus ornamentis pretioſior eſt, amore pecuniæ perdere, *ita reddidit inclytus ille Rex*, hiſ ðreope ƿop ƿeoȝýðfunȝe ȝ luſan ƿopleoran. ȝeo þe ðýnƿuþðne pæne ȝ mane eallum maðmum:. *Beda* II, 12. *Alium item locum*, Promiſit ſe ei innumera & majora, quàm credi poteſt, ornamenta regia vel donaria in pretium pacis largiturum, *ſic tranſfert Regia paraphraſis*; he him ȝebeaþ piþ hiſ ſibbe ȝ ȝehet unnim maðma ȝ cýnelicna ȝýſena ma þonne ƿela manna ȝelýſan mæȝe:. *Beda* III, 24. maðmhuſ, Gazophylacium; *gl Ælfrici* 27. *pro quo* maðmhuſ *ſcribit gl R*, 81 & 109. maðmhýnð, Præpoſitus *vel* Procurator ærarii; *Boëthius* XXVII, 4. *ubi quoque Regia paraphraſis liquidò teſtatur* maðmhýnðaf *olim dictos* þe þ ƿeoh heolðon þe mon ðam ƿeþmonnum on ȝeare ȝellan ȝceolðe, Qui pecuniam curabant quæ militibus quotannis expendebatur. *Huc etiam facit illud Alamannici gloſſarii E*, 1; Exenia, **mathmas**. *ubi tamen* Exenia *ſcriptum pro* Xenia. *ſic enim appellabant Munuſcula quæ hoſpitibus atque amicis benevolentiæ ergo mittere ſolebant.*

MÆIZR ÆÆÆIM ÏST ÆTTÆ MEINS: Major omnibus eſt pater meus; *Joh.* 10:29. **MÆIZÆ ÏMMÆ ÏST**: Major illo eſt; *Luc.* 7:28. *Vide quæ diximus in* **MÆISTS**, Major.

MÆÆN, Molere. **TVÆI ÝÆIKΨÆNÆ MÆÆNÆNÆNS**: Duæ erunt molentes; *Luc.* 17:35. *Cambrobritannis* melin *eſt* Mola. *Angloſaxonibus* mylen. myln. *Alamannis* **mulen**. *Danis* **molle**. *Anglis* **mill**. *Belgis* **molen/meulen**. *Græcis* μύλη *quoque pro* Molâ *uſurpatur; licet peculiariter ſic dicatur* Inferior lapis molæ: *ſicuti* Lapis molæ ſuperior, *authore Heſychio, nuncupatur* ὀμφαξ. *Plura habet Voſſii etymologicum Latinum in* Mola.

MÆÆM, Arena. **ÞÆTIMKIÐÆ KÆZN SEIN ÆNÆ MÆÆMIN**: Ædificavit domum ſuam ſuper arenam; *Matth.* 7:26. melm / Pulvis; *gl Lipſii*. *vide quoque Tatiani* XLIV, 9. *Danis* **malm** *eſt* Metallum; *fortaſſe quòd ex arenâ & pulvere eruantur metalla.*

MÆÆR, Ærugo; *Matth.* 6:19 & 20. *Hoc vitium metalli videtur affinitatis aliquid habere cum Danico* **malm** / Metallum. *quod etiam occurrit in Epicedio R. Lodbrog ſtrophâ* 7; *adeò ut inde colligatur vocabulum* ΨÆNΨ *vett Cimbris non fuiſſe incognitum. Fortaſſe quoque pertinet huc quòd Runico lexico* ΨÆN *exponi-*

tur Stipendium militis. AÞ FALÞA A ΨAMA, Stipendio merere. *Veram interim vocabuli hujus originem petendam puto ex* MALAN, Molere; *quòd Ærugo & Tinea (quæ inde quoque Theotiscis* miliuua *dicitur) corrodant, consumant, ac veluti in pulverem redigant quicquid corripuerint. Hanc etymologiam videtur firmare Francica versio Tatiani* XXXVI, 1; ni curet ju trisiuuen treso in erdu / thar iz rost inti miliuua furmalent. trisiuuet ju treso in himile/ thar noh rost noh miliuua iz ni furmelit. Nolite thesaurizare vobis thesauros in terrâ, ubi ærugo & tinea demolitur: thesaurizate vobis thesauros in cœlo, ubi neque ærugo neque tinea demolitur.

MAMMQN, Divitiæ. NI MAGNW GQWA SKALKINQN GAh MAMMQNIN: Non potestis Deo servire & Mammonæ; οὐ δύνασθε θεῷ δουλεύειν καὶ μαμμωνᾷ. *Matth.* 6:24. Mamon Syriaco sermone Divitiæ nuncupantur; *gl A*, 16. *Abundè multa de hac voce habent docti Commentatores in Novum fœdus. Hujus igitur Syriacæ acceptionis intuitu, Matthæi verba reddidit versio Angloſaxonica*, ne mazon ze Lode deopian] ponold pelan :. *Cottonianæ gloſſæ interlineatæ*, ne mazu zie Lode zehepa] dioble :. *Tatianus*, ni mugut ir Gote thionon inti uuerolt uuolun. *Atque ita* Mammon *Angloſaxonico interpreti & Tatiano denotaverit*, Divitias hujus seculi: *Cottoniano gloſſatori*, Diabolum, *i. e. Deum illum infernalem qui Paganis* Dis *vel* Pluto *nuncupabatur. Sacræ paginæ* Princeps hujus mundi, ὁ τοῦ κόσμου τούτου ἄρχων. *Joh.* 14:30. *immo* Deus hujus seculi, ὁ θεὸς τοῦ αἰῶνος τούτου. 2 *Cor.* 4:4. *Observa tamen Argenteum codicem non ubique servare Syriacum* Mammon, *sed ejus loco aliquando usurpare vocabulum merè Gothicum.* TAN-GAIW ÏZVIS FKIGQNAS NS FAIhNWKAIhNA ÏNVINAIWQS: Facite vobis amicos de mammonâ iniquitatis; *Luc.* 16:9 & 11. *Quæ vox* FAI-hNWKAIhN *videtur mihi composita ex* FAIhN, Opes, divitiæ: & WKEI-hAN, Premere, comprimere, elidere, affligere; *propter multiplices illas curas quæ acquirendas acquisitásq; opes comitantur. Horatius Carminum lib.* III, *Odâ* 16;

Crescentem sequitur cura pecuniam,
Majorúmq; fames ——

Propertius libro III, *Elegiâ* 6;

Ergo sollicitæ tu causſa, Pecunia, vitæ es,
Per te immaturæ mortis adimus iter.
Tu vitiis hominum crudelia pabula præbes,
Semina curarum de capite orta tuo.

Proinde neque immeritò Patrimonia maximam humanarum ærumnarum materiam *dixit Seneca de Tranqu. animi, cap.* 8; *ac porro addit*; Nam si omnia alia quibus angimur compares, mortes, ægrotationes, metus, desideria, dolorum laborúmq; patien-

patientiam, cum iis quæ nobis mala Pecunia noſtra exhibet, hæc pars multum prægravabit. *Multiplices illas curas ac ſollicitudines quibus dies noctéſq; divorſim trahuntur animi & habendo & egendo & cupiendo ardentes, graphicè prorſus depingit Anglorum poëtarum princeps Edmundus Spencer lib.* II, *Canto* 7 *ardui operis quod inſcripſit* **the Faerie queene**; *ubi abditum Mammonæ ſpecum, horrendámq; coacervatorum in eo ac ſitu ſqualentium muceſcentiúmq; theſaurorum faciem coràm veluti conſpiciendam præbet. Tantis profectò ac tam efficacibus veræ vivæq; phantaſiæ imaginibus omnes divini poëmatis partes præter cæteros implevit incomparabilis Artifex, ut exiſtimatores docti atque intelligentes non inviti fateantur eum omnes Lectoris affectus in poteſtate ſuâ habere. Quiſquis adhæc imagini huic Spencerianæ, ad quam Lectorem curioſum & Anglicæ linguæ peritum remittimus, coronidis loco adjecerit verba Doctoris gentium, acerbos pravæ cupiditatis fructus enumerantis, næ is pleniſſimè perſpiciet incredibilia anxiæ mentis tormenta quæ miſerrimos Mammonæ cultores ſinè fine mordent, pungunt, pervellunt, lancinant, conficiunt. Verba divi Pauli, quæ Lectori ponderanda relinquo, occurrunt capite* VI, *paragraphis* 9 *&* 10, *epiſtolæ primæ ad Timotheum.*

MANAR hAYI: Multum fœnum; *Joh.* 6: 10. **ASA MANARA**: Meſſis multa; *Luc.* 10: 2. **MANARISTRNS MAhTGIS ïS**: Plurimæ virtutes ejus; *Matth.* 11: 20. **MANARAI**, Multi; *Matth.* 7: 22. *Luc.* 1: 1. **hINhMANS MANARAI**: Turbæ multæ; *Luc.* 5: 15. 14: 15. **MANARAI ΨIZRS MANARGINS rAAANBIdGdNN ïMMA**: Multi de turbâ crediderunt in eum; *Joh.* 7: 31 *&* 40. **MANARGI hAKGIS hIMINAKNNdIS**: Multitudo militiæ cœleſtis; *Luc.* 2: 13. **MANARÞALΨ**, Multò plura; *Luc.* 18: 30. **MANARIZR**, Abundantiùs; *Joh.* 10: 10. **MANARIZR ïST AAAAIM ΨAIM SANdIM**: Plus eſt omnibus ſacrificiis; *Marc.* 12: 33. **NIBAI MANARIZR YAIKΨIΨ ïZYAKAIZRS rAKAIhTGINS**: Niſi abundaverit veſtra juſtitia; *Matth.* 5: 20. *Angloſaxonibus* mænigc. manigc *ſunt* Multi. *Alamannis* manige/ menige. *Danis* mange. *Anglis* many. *Belgis* menige. *Videri poteſt vox* manige *deſumta ex* man/ Homo: *ac propriè de Hominum multitudine uſurpata.*

MANAAGIK. MANAGIK, Imago. **OIS ïST SA MANAAGIK GAh SR NÞAKMAGINS**: Cujus eſt hæc imago & inſcriptio; *Marc.* 12: 16. **ATANTGIΨ MIK SKATT. OIS hABAIΨ MANAGIKAN GAh NÞAKMAI**: Oſtendite mihi denarium. Cujus habet imaginem & inſcriptionem? **MANAAGIK** *manifeſtè compoſitum eſt ex* **MANA**, Homo. *&* **AGIKS**, Similis; *quod fuit ſuo loco. Appendix Theotiſci gloſſarii* D, *paginâ* 4; Statua, **manlich**. *Angloſaxonibus quoque* monlica *vel* manlica *de-*

notavit Statuam. *Ita Cædmon* 55, 18. *ubi agit de uxore Loth mutatâ in ſtatuam ſalis.* Se monlica. ꝥ ıꝛ mæne ꝛpell. ꝛtille punode. þæꝛ hie ꝛtꝛang. beȝeat pite. þæꝛ heo poꝛdum. puldneꝛ ðeȝna. hẏnan ne polde:. Hæc ſtatua, quæ celebris eſt hiſtoria, immota manſit ubi eam grave ſupplicium occupavit, propterea quòd verbis angeli obedire noluit. *& rurſus* 78, 22. *ubi deſcribit Nabucodonoſoris impios conatus.* ðæne bunȝe peaꝛð. anne manlican. oꝛeꝛ metodeꝛ eꝛt. ȝẏld oꝛ ȝolde. ȝumum aꝛnæꝛde:. Præſes urbis ſtatuam, præter Domini beneplacitum, idolum ex auro, hominibus erexit.

MANASEAS, Mundus; *Joh.* 12:19. 15:18. MANASEIΨS. *Joh.* 14:17. MANASEΨS. *Joh.* 7:7. 14:27. 16:20. *Videtur autem ita dictus hic Mundus, quòd eum Deus optimus maximus aſſignaverit mortalibus tanquam ſedem propriam ac peculiarem. unde contendunt Anſibarii apud Tacitum Anal.* XIII, *cap.* 55; Sicut cœlum Diis, ita terras generi mortalium datas; quæq; ſint vacuæ, eas communes eſſe.

MANhNN, Nemo; *Marc.* 9:9. *Sæpiùs* MANNhNN *ſcribitur: quod vide.*

MANNA, Mel aëreum, manna. ATTANS NNSAKAI MANNA MATIAEANN ANA ANΨIAAI. SYA SYE ÏST ꝛAMEAIΨ. hALIꝼ NS hIMINA ꝛAꝼ ÏM AN MATGAM: Patres noſtri manducaverunt manna in deſerto, ſicut ſcriptum eſt, Panem de cœlo dedit iis manducare; *Joh.* 6:31. *In confeſſo eſt vocabulum hoc Hebraïcum eſſe, ac proinde ubique terrarum integrum ſervari. Multa de hoc aëreo melle generis utriuſque, liquido nempe atque arido, accuratè propinquus meus Iſaacus Voſſius in* Obſervat. *ad Melæ lib.* III, *cap.* 7. *quem vide. Locum interim ex euangelio divi Johannis adductum, ita reddit eximius ille Cottonianæ bibliothecæ codex* MS *interlineatus,* ꝼaꝺno *vel* alꝺno uꝛeno manna ȝebnecon *vel* ȝeeton on ðæm uæꝛtenn. ꝛuæ uupitten ıꝛ. hlaꝼ *vel* ꝼoꝛtnaꝺ oꝼ heoꝼnum ꝛalde him eatta. *ubi nobiliſſimi codicis Gloſſator ad vocem* manna *in margine annotavit,* heoꝼoncunꝺ mett. *i.* huíð coꝼn ꝛonualꝺ ꝼoꝼ huætte cuom oꝼ heoꝼnum ȝ ꝼeoll on Moiꝛi miꝺ hiꝛ ꝼolce on ðæm moꝛe þeꝛ he uæꝛ:. Cœleſtis cibus, hoc eſt, candidum granum teres pro tritico venit de cœlo & cecidit ſuper Moiſen populúmq; ejus in monte ubi erat.

MANNA, Homo; *Luc.* 20:9. ÏK MANNA ÏM: Ego homo ſum; *Matth.* 8:9. MANNA ꝛABIꝛS: Homo dives; *Matth.* 27:57. MANNA SNMS ꝛRAAKNNAS: Homo quidam nobilis; *Luc.* 19:12. SA MANNA NIST ÞKAM ꝛRΨA: Hic homo non eſt à Deo; *Joh.* 9:16. MANS, Homines; *Matth.* 7:15. 8:27. ⊙ANA MIK UIΨAnd MANS

MANS VISAN: Quem me dicunt homines esse? *Marc.* 8:27. FIGRNA IZVIS MANS: Oderunt vos homines; *Luc.* 6:22. *Anglosax.* man. mon. mann. monn. *Alam.* man. *Cimbr.* ΨΑΚ. ΨΑΚΤΑ. ΨΑΡΠΑ. *Dan.* mand. *Isl.* madur. *Angl.* man. *Belg.* man. *Hujus vocabuli originem copiosè prosecuti sumus in annotatis ad Tatiani* CLXXIV, 5. *Vide quoque Anglicum etymologicum in* Man / Vir, homo.

MANNHN, Nemo. SAIO EI MANNHN NI UIΨAIS: Vide nemini dixeris; *Marc.* 1:44. 8:26, 30. NI KAKA ΨNK MANSHN: Non curas quemquam; οὐ μέλει σοι περὶ οὐδενός. *Marc.* 12:14. *Scribitur &* MANHN, *Marc.* 9:9.

MANNISK, Homo. FRIGRAGANN MAIS HANHEIN MANNISKA. ΨAN HANHEIN RΨS: Dilexerunt magis gloriam hominum, quàm gloriam Dei; *Joh.* 12:43. *Anglosax.* mennisc. *Alam.* menniſko / mennisch. *Dan.* menniske. *Belg.* menſch. *Nimirum* man *vel* mann *Anglosaxonibus est* Homo; *& in Multitudinis numero* men *vel* menn, Homines. *Ab hoc Plurali* menn *est* mennisc, Humanus, ad homines pertinens, ab hominibus proficiscens. *Invenitúrq; passim Adjectivè positum: quomodo* mennisc ȝedanc, *est* Humana mens. mennisc hand, Humana manus. mennisc fultum, Humanum auxilium. mennisc cynn, Humanum genus. *Atque adeò Patres nostri* Humanum genus *vel* Hominem *tam diu* mennisc cynn *nuncupárunt, donec tandem simplex* mennisc, *Substantivè acceptum, invaluit. Fusiùs hæc prosecuti sumus in Observatis ad Willerami paginam* 139.

MANVGAN. RAMANVGAN, Parare, præparare; *Luc.* 1:17 *&* 76. 9:52. *Joh.* 14:2. MANVEIA VIR FANINS: Parate viam Domini; *Luc.* 3:4. RAMANVEIΨ VIR ΨEINANA FANKA ΨNS: Præparabit viam tuam ante te; *Matth.* 11:10. *Luc.* 7:27. MANVGANDANS NATGA: Componentes retia; *Marc.* 1:19. RANSTANGANE MANVIDS: Perfectè paratus; *Luc.* 6:40. MEA IZVAR SINTEINR IST MANVN: Tempus vestrum semper est paratum; *Joh.* 7:6. GN MANVN IST AAATA: Jam parata sunt omnia; *Luc.* 14:17. MANVEI OA AN NAHTMATGAN: Ministra mihi quod manducem; *Luc.* 17:8. *Nescio an sit à* μάνος *vel* μάνος, *quomodo olim vocabant* περιλαιμάχιον κόσμον, Monilia, segmenta, torques, & quicquid de collo in pectus propendet: *ut* MANVGAN *propriè olim usurpatum fuerit de molimine eorum, qui magno cultu instructi præparatiq; in publicum prodire satagunt.*

MAN-

MΛNYI, Sumptus. ΚΛhNEIΨ MΛNYI ΨR hΛBΛIN ΔN NS-TINhΛN: Computat ſumptus quos habere oportet ad perficiendum; *Luc.* 14:28.

MΛKEI, Mare; *Matth.* 8:27. *Marc.* 4:41. *Cymræis* môr *eſt* Mare. *Angloſaxonibus* mepe. *Alamannis* mere. *Belgis* **maer / mer / mepr.** *Olim deduxi à* μείρω, Divido. *juxta illud Horatii libro* I *Carm. Ode* 3;

Nequicquam Deus abſcidit
Prudens Oceano diſſociabili
Terras, ſi tamen impiæ
Non tangenda rates tranſiliunt vada.

Ita Græcum πέλαγος *viri docti deduxerunt à* פְּלֵג, Dividere, ſeparare. *vel à* פְּלָגָה, Diviſio; *quòd ingentia terrarum ſpatia pelago ſeparentur ac dividantur. Cambrobritannicum* môr *fortaſſe detruncatum eſt à* μόρος, Exitium, interitus, fatum. *prorſus ut Ægyptiorum ſacerdotes Mare vocabant Perniciem: quâ de re vide Kircheri Obeliſcum Pamphil. libro* III, *cap.* 6.

MΛKISΛIΨ, Stagnum; λίμνη. *Luc.* 8:23.

MΛKKΛN. NSMΛKKΛN, Deſignare; *Luc.* 10:1. *Angloſaxonibus* meapc *eſt* Nota, ſignum, character. *Alamannis* **march / merch.** *Danis* **mercke.** *Anglis* **marck.** *Belgis* **merck.** *Cambrobritannicum* marc, Character, *Joh. Davies derivat ab Hebræo* מָרַק, Imprimere, inurere. *Fortaſſe quoque huc faciunt, quæ mox dicimus in ſequenti* MΛKKRS.

MΛKKRS *ſunt* Limites *vel* Termini alicujus regionis; *Matth.* 8:34. *Marc.* 5:17. 7:24 & 31. 10:1. *Iſtiuſmodi limes regionis, à contiguâ ditione hac vel illâ notâ diſtinctæ, Angloſaxonibus dicitur* meapc. *Alamannis* **gemerch / marcha** lantes. *Cimbris* ΨARP. *Gallis* marche. *Italis* marca. *Hiſpanis* comárca. *Belgis* **marck.** *Videntur per quandam literarum tranſpoſitionem deſumta ex* πέρμας, Signum: *vel, quod magis huc facit, à* πέρμας *vetere Græcorum linguâ* Finem *vel* Terminum *denotante.* τὸ γὰρ πέρμας τὸ πέρας, *ut ait Ariſtoteles* I *Rhetoricorum,* πάντων ἐστὶ κατὰ τῶν ἀρχαίων γλῶτταν. *Cimbris interim* ΨARRΛΨIKΛ *videntur* Latrones prædonéſq; *dicti; quòd Sicarii maximè infeſtent limites regionum confinium. Prorſus ut* ΠIPIKΛΨh *iiſdem Cimbris dicebatur* Pirata, *à* ΠIP, Sinus maris; *quòd in iis plerumque deliteſcerent piratæ à tempeſtatibus tuti, vel prædæ intenti. Vide Wormium paginâ* 269 *Danicorum monumentorum.*

MΛKZGΛN. ΓΛMΛKZGΛN. ΛFMΛKZGΛN, Scandalizare. GΛBΛI ΛNIR ΨEIN MΛKZGΛI ΨNK: Si oculus tuus ſcandalizat te;

Matth.

Matth. 5:29. *Marc.* 9:43. SAOLZNH SAEI RAMARZGAI AINANA ΨIZE AEITILANE: Quiſquis ſcandalizaverit unum ex his puſillis; *Marc.* 9:42. ΨATA KRAIDA IZVIS EI NI AFMARZGAINDAN: Hæc locutus ſum vobis ut non ſcandalizemini; *Joh.* 16:1. AFMARZEINS RABEINS: Deceptio divitiarum; *Marc.* 4:19. *Angloſaxonibus* miſpan *eſt* Scandalizare. he ſcpencð ðone blindan. þe ðone ungerceadpiſan miſð. Is coram cœco ponit offendiculum, qui ſcandali occaſionem præbet non habenti lumen diſcretionis; *Paſtoral.* LIX, 6.

MATIBALAR, Pera; *Marc.* 6:8. *Luc.* 9:3. *Angloſax.* metbelig. *Danis* madpoſe. *Vox eſt compoſitionis manifeſtæ: à* MATS, Cibus; *&* BALAR, Bulga, ſaccus. *Danis quoque* mad *eſt* Cibus; poſe *verò*, Sacculus.

MATS, Eſca, cibus; *Joh.* 6:55. MATEINS, Cibi; *Marc.* 7:19. MATGAN, Manducare; *Marc.* 3:20. *Joh.* 6:31. MATIBALAR, Pera; *Marc.* 6:8. *Luc.* 9:3. NNDANKNI MAT, Prandium; *Luc.* 14:12. NAHTA MAT, Cœna; *Marc.* 6:21. *Luc.* 14:12. *Angloſax.* mæte. mete. met. *Alam.* muas/ muos. *Hiſp.* mueſo. *Cimbr.* ΨAA. *Dan.* mad. *Angl.* meat. *vett Belgis* moes. *Omnia hæc, ſi Mericum Caſaubonum audimus, deſumpta ſunt ex* μαπύη *vel* μαπύα, Lautitiæ, cibus delicatior. *Fortaſſè tamen non minùs commodè poſſunt deduci ex* μασάομαι *vel* μασσάομαι, Mandere, manducare. *vel ab illo* μήτεω, *quod vetuſtioribus olim Græcis* Edulem cibum *denotâſſe diſcimus ex Proœmio* δειπνοσοφιστῶν *ſcriptori præmiſſo. Dores interim, authore Etymologo, dicunt* μάδδα *pro* μάζα. *Suidas quoque teſtis eſt Megarenſes* τὴν μάζαν, *ſive* τὸν φλῶ, *vocare* μάδδαν. *Theotiſcum tamen* muos *videri poteſt abſciſſum ex* μυσσῶ, Pulmentum ex oleribus intritum ex allio, porro, caſeo, ovo, oleo, aceto. *Donatus in Terentii Phorm. Act.* II, *Sec.* 2 Alliatum moretarium *vocat. vide Joſ. Scaligerum in Moretum.*

MAΨA, Vermis; *Marc.* 9:44, 46, 48. *Angloſax.* maða. *Alam.* mado. *Cimbr.* ΨAFΨI. *Dan.* maddick. *Iſl.* madkur. *Angl.* maggot. *Belg.* made/ maye. *quod poſtremum Kilianus derivat à* mayen / Metere, depaſcere: *ſed* maye *uſitatiſſimâ Belgis deflexione factum eſt ex* made. *quod ipſum tamen videri poteſt originem traxiſſe ex* μαδαρὸς *vel* μαδὴς, Lævis, glaber, depilis. *Rationem etymologiæ continet, quòd in quotidiano ſermone dicant Angli* as naked as a worm/ *&* Belgæ ſo naeckt als een worm / *cùm innuere volunt aliquem eſſe Iro pauperiorem. quò etiam pertinet illud* γυμότερος λεβηλέος, *cujus meminere Heſychius & Suidas. Cæterùm ut vox* MAΨA *&* σκώληξ *hoc in loco uſurpantur de Conſcientiæ ſtimulis perpetuò recrudeſcentibus ac nunquam intermorientibus, ita quo-*

que Danis ſamvittigheds orm oc plage *de iiſdem perpetim vellicantis atque animum lancinantis conſcientiæ cruciatibus uſurpatur. Belgæ,* den wozm ſijnes gewetens knaeght hem onophoudelijk.

ΜΛΨΛS, Forum; *Marc.* 7:4. ÞIΛN NI ΜΛΨΛϚΛ MIΨ ÏZVIS: Multa non loquar vobiſcum; *Joh.* 14:30. ΜΛΨΛЄIN MЄINΛ NI ĸNNNNΨ: Loquelam meam non cognoſcitis; *Joh.* 8:43. ÞΛNĸΛ-ΜΛΨΛЄIS SYNΛГЯГΛIS ΥΛS: Princeps ſynagogæ erat; *Luc.* 8:41. mæðlan *Cædmoni eſt* Sermocinari, cauſſam agere. meðel, Sermo. *item* Concilium. *Alamannis* mahal *eſt* Curia, concio. *Danis* mæle *eſt* Oratio. *Iſlandis* maal / Sermo, loquela. *Huc etiam pertinet receptiſſima ſæculo ſemibarbaro vox* Mallus, *pro Conventu publico, vel Cœtu hominum convocato ad tranſigendum de negotiis publicis. Forum igitur Gothis* ΜΛΨΛS *dictum à* ΜΛΨΛϚΛN, Loqui, ſermonem habere; *quòd olim in Foro cauſſas egerint & publicas de ſummâ rerum orationes habuerint. Quam ob cauſſam quoque* Forum *Angloſaxonibus dicebatur.* ГРРÆCE, *à* ГРРЄCAN, Loqui. *Vide quæ annotavimus ad gl C, 5. in* Curia, mahal. *ubi quoque inveſtigamus originem vocis* Parlamentum.

ΜΛNΔЄIΨ. ГΛMΛNΔЄIΨ ÏZΥIS ΛΛΛIS: Suggeret vobis omnia; ὑπομνήσει ὑμᾶς πάντα. *Joh.* 14:26.

ΜΛNĸГIΔΛ. ГΛMΛNĸГIΔΛ ΨΛNS ΔΛГΛNS: Breviavit dies; ἐκολόβωσε τὰς ἡμέρας. *Marc.* 13:20.

ΜΛNĸГINS ΥΛS: Manè erat; *Joh.* 18:28. ÏN ΜΛNĸГIN ÞΛNĸГΛГГΛNΔΛNS: Manè tranſeuntes; *Marc.* 11:20. *item* 15:1. ΛTMΛNĸГIN ΨΛN ΥΛNĸΨΛNΛNΛ ĸNNΛ NЄMNN: Manè autem facto conſilium inierunt; *Matth.* 27:1. *Angloſax.* mæpiȝen. mepiȝen. mopȝen. *Alam.* morgan. *Cimbr.* ΨΛRГNĸ. *Iſl.* morgun. *Dan. & Belg.* mergen. *Angl.* morrow. *De vocabuli origine hæc habet Mericus Caſaubonus: Quis ad Græcorum verborum ſonos aures habet vel tantillum imbutas, qui cum audit ſolemne illud in omnium ore,* good morrow / *non Græcos audire ſe putet* χαῖρε ἡμέραν *dicentes? &c. Ego Angloſaxonicum* mæpiȝen *olim ſuſpicabar deſumptum ex* mape *vel* mæppe, Amplius; *quandoquidem Craſtinus dies, vel Manè craſtinum nihil eſt aliud quàm ſpatium vitæ ulterius adhuc, eoq; lucro apponendum. Ab hac etymologiâ non abludit illud Horatii lib.* I *Carm. Ode* 9;

Quid ſit futurum cras, fuge quærere; &
Quem ſors dierum cumque dabit, lucro
Appone —— *Obſerva interim quòd* ΜΛNĸГINS *Gothis*

non

non tam Cras *denotat, quàm* Manè *ſive* Tempus matutinum. *at Matth.* 6:30 ᚱᛁᛋᛏᚴᚫᚫᛚᚱᛁᛋ *eſt* Cras.

ᛗᚫᚿᚴᚿᚫᚿ, Sollicitum eſſe, curis torqueri. ᚾᛁ ᛗᚫᚿᚴᚿᚫᛁᚠ: Ne ſolliciti ſitis; *Matth.* 6:25, 31. *& mox tmemate* 27; ᛟᛚᛋ ᛁᛉᚣᚫᚴᚫ ᛗᚫᚿᚴᚿᚫᚿᛞᚫᛋ ᛗᚫᚱ ᚫᚿᚫᚫᚿᚴᚫᚿ ᚫᚿᚫ ᚣᚫᚻᛋᛏᛗ ᛋᛖᛁᚿᚫᚿ ᚫᚫᚫᛖᛁᚿᚫ ᚫᛁᚿᚫ: Quis veſtrûm ſollicitè cogitans poteſt adjicere ad ſtaturam ſuam cubitum unum? *Videtur quoque verbum* muᚿnan *ita uſurpâſſe Cædmon* 18, 14. *&* 74, 4. *atque adeò antiquiſſimæ hujus acceptionis intuitu* ᛗᚫᚿᚴᚿᚫᚿ *&* muᚿnan *videntur valdè affinia Græco* μεριμνᾶν, Curare, curæ habere. *quumque* muᚿnan *aliquantò poſt Angloſaxones,* murnen *Alamanni,* mourn *Angli uſurpaverint pro* Dolere, lugere, *crediderim poſteriores verbum hoc à moleſtiſſimo ſollicitudinum cruciatu ad quaſvis alias mœrentis animi anxietates deflexiſſe. Ita poſt obſervamus* ᛋᚫᚿᚴᚷᚫᚿ *&* ᚹᚩᚱᚷan *olim accepta pro* Dolere; *at poſtea pro* Curare, curis macerari; *contra, quàm in* ᛗᚫᚿᚴᚿᚫᚿ *videmus contigiſſe.*

ᛗᚫᚿᚴᚹᚴ, Cædes, latrocinium. ᛗᚫᚿᚴᚹᚴ ᚱᚫᛏᚫᚹᛁᛞᛖᚫᚾᚾ, Homicidium fecerant; *Marc.* 15:7. ᛗᚫᚾᚾᚫᛗᚫᚿᚴᚹᚴᚷᚫ, Homicida; *Joh.* 8:44. ᛗᚫᚿᚴᚹᚴᚫ, Homicidia; *Marc.* 6:21. ᚾᛁ ᛗᚫᚿᚴᚹᚴᚷᚫᛁᛋ, Non occides; *Matth.* 5:21. Cædes *vel* Homicidium *Angloſaxonibus dicitur* moᚱᚦ. moᚱᚦoᚱ. moᚱᚦuᚿ. *Belg.* moord. *Angl.* murder. *Gall.* meurtre. *Complures interim viri ſummi jam olim obſervârunt maximos quoſque Septentrionis legiſlatores* mordri *&* murdri *vocabula variè (pro ratione nimirum ſibi peculiaris dialecti) in legibus Latinis adhibuiſſe; unde poſtea plures quoque Europæi voces eaſdem deprompſiſſe atque in vernaculum ſibi ſermonem tranſtuliſſe judicantur. Quamvis & ab antiquiſſimâ Cymræorum ſive Cambrobritannorum linguâ receptam hanc Homicidii appellationem deſumptam putet Jo. Davies, quem vide in* Murn *&* Murndwrn.

ᛗᚫᚹᛁ, Puella; *Matth.* 9:24 *&* 25. *Marc.* 5:42. 6:28. ᛗᚫᚹᛁ *in Vocandi caſu; Luc.* 8:54. *pro quo legas* ᛗᚫᚹᛁᚫᚱ, *Marc.* 5:41. ᚢᚫᚠ ᚠᛁᚿᚫᚫᚿᛋ ᚫᚿ ᚠᛁᛉᚫᛁ ᛗᚫᚹᚷᚫᛁ: Dixit Rex puellæ; *Marc.* 6:22. *& mox ejuſdem capitis commate* 28; ᚫᛏᛏᚫᚦ ᛁᛏᚫ ᚠᛁᛉᛖ ᛗᚫᚿᚷᚫᛁ: Dedit illud puellæ. *Danis* møe *eſt* Virgo. *Iſlandis* mey / Virgo. meyar / Virgines.

ᛗᛖᛁᚿᛋ, Meus; *Marc.* 15:34. *Luc.* 9:35. ᚫᚻᛗᚫ ᛗᛖᛁᚿᛋ: Spiritus meus; *Luc.* 1:47. ᛋᚫᛁᚣᚫᚫᚫ ᛗᛖᛁᚿᚫ: Anima mea; *Luc.* 1:46. ᚫᛁᚠᛖᛁ ᛗᛖᛁᚿᚫ: Mater mea; *Luc.* 8:21. ᚫᚫᚫᚫ ᚠᚫᛏᚫ ᛗᛖᛁᚿ ᚠᛖᛁᚿ ᛁᛋᛏ: Omnia mea tua ſunt; πάντα τὰ ἐμὰ σά ἐστι. *Luc.* 15:31. *Joh.* 17:10.

17:10. ÞAN MEINS: Dominus meus; *Luc.* 16:3. ATTA MEINS: Pater meus; *Joh.* 8:28. 10:29.

MEL, Tempus, καιρὸς. MEL AN BAIRAN: Tempus pariendi; *Luc.* 1:57. IN STIKLA MELIS: In momento temporis; *Luc.* 4:5. SVALAND MELIS MIÞ IZVIS VAS: Tanto tempore vobiſcum fui? *Joh.* 14:9. ⊙AN LAIT MEL IST: Quantum temporis eſt? *Marc.* 9:21. MELA LAITA, Tempore multo; *Luc.* 8:27. BAIRNILAINA. NAHU LEITIL MEL MIÞ IZVIS IM: Filioli, adhuc modicùm vobiſcum ſum; *Joh.* 13:33. MANAT MEL ÞRAVALV INA: Multis temporibus arripiebat illum; *Luc.* 8:29. NIUHU ÞAMMEL MELA: Ex hoc; *Joh.* 6:66. MEL, Tempus, καιρὸς. MEL MEIN: Tempus meum. ὁ καιρὸς ὁ ἐμὸς. *Joh.* 7:6 & 8. USÞULNAIDA ÞATA MEL: Impletum eſt tempus. πεπλήρωται ὁ καιρὸς. *Marc.* 1:15. NU IN ÞAMMEL MELA: Nunc in tempore hoc. νῦν ἐν τῷ καιρῷ τούτῳ. *Marc.* 10:30. ÞAUK MEL: Ante tempus. πρὸ καιροῦ. *Matth.* 8:29. AT MEL: In tempore. τῷ καιρῷ. *Marc.* 12:2. IN MELA: In tempore. ἐν καιρῷ. *Luc.* 20:10. AN MELA GALAUBJAND: Ad tempus credunt. πρὸς καιρὸν πιστεύουσι. *Luc.* 8:13. AÞSTAÞ ÞAIKKA IMMA UNDA MEL: Receſſit ab illo uſque ad tempus. ἀπέστη ἀπ' αὐτοῦ ἄχρι καιροῦ. *Luc.* 4:13. *Valdè affine eſt Græco* μέλλειν, *prout ſcriptoribus Græcis* ὁ μέλλων χρόνος *eſt* Futurum tempus.

MELA, Modius; *Marc.* 4:21. *Non ita longè recedit à Græco* μόδιος, *ſi conſideremus* Δ *frequenter in* Λ *tranſire, ac plurima iſtius commutationis exempla producere viros longè doctiſſimos, qui ſcripſerunt de Literarum permutatione. Videntur interim Angloſaxones eandem quoque vocem uſurpâſſe de Vaſe continente vinum vel alia quævis liquida.* mele, Patera. melaſ, Karcheſia; *gl R*, 24. pæteſmæle, Pelvis; *gl Ælfrici* 26.

MELAN. GAMELAN, Scribere; *Marc.* 10:4. *Luc.* 1:1 & 3. *item* 2:1. MELIDA, Scripſit; *Luc.* 1:63. IDAGEDUN ALLAI EI MELIDAI VESEINA: Ibant omnes, ut deſcriberentur; *Luc.* 2:3. GAMELEI. MELEI, Scribe; *Luc.* 16:6, 7. GAMELIÞ IST: Scriptum eſt; *Matth.* 11:10. *Marc.* 1:2. GAINIS MELAM NI GALAUBEIÞ: Illius ſcriptis non creditis; *Joh.* 5:47. GAMELEINS, Scriptura; *Joh.* 7:38. ÞATA GAMELIDA, Quod ſcriptum eſt, ſcriptura; *Joh.* 10:35. *item* 17:12. MELA NI MAHT GAÞS NI KUNNANDANS: Scripturas nec potentiam Dei ſcientes; *Marc.* 12:24.

Luc.

Luc. 4 : 21. **ᚾᛈᚪᚱᛗᛖᚪᛈᛁᚾᛊ**, Inſcriptio; *Marc.* 12 : 16. **ᚾᛈᚪᚱ-ᛗᛖᚪᛚ**, Titulus; *Marc.* 15 : 26. **ᚴᛁᚪᛊᛏᚱᚪᛗᛖᚪᛈᛁᚾᛊ**, Indictio *vel* Deſcriptio tributi; *Luc.* 2 : 2. *Maximam habet hoc verbum affinitatem cum Græco* μέλαν, Atramentum.

ᛗᛖᚾᚪ, Luna; *Marc.* 13 : 23. *Angloſaxonibus* mona. *Alamannis* **mane**. *Danis* maane. *Anglis* **moon**. *Belgis* **maen**. *Græcis* μήνη, *& Doricè* μάνα.

ᛗᛖᚾᚪᚠ. **ᛗᛖᚾᚷᚠ**, Menſis. **ᛗᛖᚾᚪᚠᛊ ᚠᛁᛗᚠ**: Menſes quinque; *Luc.* 1 : 24. **ᛗᛖᚾᚷᚠᛊ ᚠᚴᛁᚾᛊ**: Menſes tres; *Luc.* 1 : 56. *Angloſaxonibus* monaᚦ. *Alamannis* **maneth**/ **manod**. *Cimbris* ᚠᚪᚴᚪᚪ. *Danis* **maaned**. *Iſlandis* **maanadur**. *Anglis* **moneth**. *Belgis* **maend**. *Græcis* μὴν *eſt* Menſis. *quod à* μήνη, Luna; *nihil enim aliud eſt Menſis, quàm menſura curriculi lunaris.*

ᛗᛖᚴᚷᚪᚾ, Prædicare; *Matth.* 11 : 1. *Marc.* 5 : 20. *Luc.* 4 : 19. **ᚠᚪᛁ-ᚪᚪᛗᛖᚴᚷᚪᚾ**, Euangelizare; *Luc.* 1 : 19. 4 : 43. **ᛗᛖᚴᛁᛞᚪᚪ ᚠᛖᛊᚾᚾ ᚪᚪᚪᚪ ᚠᛋ ᚠᚪᚾᚴᛞᚪᚪ**: Divulgabantur omnia hæc verba; *Luc.* 1 : 65. **ᛗᛖᚴᛁᚠᚪ**, Rumor, fama; *Marc.* 9 : 26. *Luc.* 4 : 14. *Alamannis* **maren** *eſt* Diffamare, divulgare. **maara** *vel* **marida**/ Rumor, fama. *vide Obſervata noſtra ad Willerami paginam* 99. *Belgis* **maere** *eſt* Rumor, celebritas famæ. **ber-maerd**/ Celebris. *Angloſaxonibus quoque* ᵹemæᵹed beon *eſt* Divulgari. *Propriè tamen* maᵹa *vel* mæᵹe *iis eſt* Magnus. mæᵹᵹe, Major. mæᵹiſt *vel* mæᵹt, Maximus. *unde &* mæᵹe *exp.* Celeber *in Ælfrici grammaticâ cap.* IX, *terminat.* 18. mæᵹe man, Vir illuſtris; *Beda* I, 13. IV, 28. V, 10. þiþ mæᵹe þeᵹn, Vir latè celebris; *Cædmon* 36, 25. 56, 19. mæᵹiſta hliſa, Celeberrima fama; *Beda* II, 13. Machabeuſ ſe mæᵹa Loþeſ cempa, Machabæus inclytus ille miles Dei; *Ælfricus de veteri teſtamento, pag.* 23. mæᵹᵹian, Magnificare, celebrare; *Beda* V, 22. him to mæᵹþe, In ſuam gloriam; *Cædmon* 37, 16. *Cimbris* ᚠᚪᚼᚱᚦ *eſt* Carmen encomiaſticum. ᚪᚦ ᚠᚪᚼᚱᚪ, Carmine celebrare. *vide Egilli ſkallagrimi epinicium Claſſis primæ Strophâ* 2. *Ad ea interim quæ de* **ᛗᛖᚴᚷᚪᚾ** *diximus, videtur etiam referri poſſe illud* **ᚾᛊᛗᛖᚴᚾᚷᛞᚪᚪ**, *quod occurrit Luc.* 5 : 15; **ᚾᛊᛗᛖᚴᚾᚷᛞᚪᚪ ᚠᚪᚾ ᚠᚪᛏᚪ ᚠᚪᚾᚴᛞ ᛗᚪᛁᛊ ᛒᛁ ᛁᚾᚪ**: Magis igitur pervaſit ſermo iſte de illo.

ᛗᛖᛊ, Diſcus, patina; *Marc.* 6 : 25 *&* 28. *Angloſaxonibus* meᵹe *vel* myᵹe *eſt* Menſa. *Alamannis* **mias**; *ita Kero. Varroni* Menſa, *dempto N, dicitur* Meſa; *à* μέσος, Medius, *quòd in medio poneretur. Vide Voſſii etymologicum Latinum in* Menſa. *Fortaſſe quoque non malè huc referas Anglicum* **meſſe**/ Ferculum. *quomodo Anglis* **a meſſe of pottage or porredge** *eſt* Ferculum jurulentum: *niſi putes*

putes **meſſe** *factum ex illo* Miſſus, *quod de Cibis in menſam illatis uſurpavit ſæculum ſemibarbarum. Vide etymologicum noſtrum Anglicum in* **Meſſe** / Ferculum. *Angloſaxones* ƒanb *dicebant.* ƒanb *vel* eƿtmete, Daps; *gr Ælfrici, cap.* IX, *terminat.* 54. *item gl Ælfrici, pag.* 21. ƒanb *vel* pyrta, Dapes, fercula; *gl R*, 30. ƿpa ȝeƿobene ryƿlian ƒanba, Duo cocta pulmentaria; *Regulæ Benedicti interlin. cap.* 39.

MESA SKATGANE NSVLATIDA: Menſas nummulariorum evertit; *Marc.* 11:15. *Vide proximè præcedens* MES.

MIDGA, Medius. ΨAIKhAEIΨANAS ΨAIKh MIDGANS ÏNS: Tranſiens per medium illorum; *Luc.* 4:30. ΨAIKh MIDGA SAMAKIAN: Per mediam Samariam; *Luc.* 17:11. ÏN MIDGAIM AAISAKGAM: In medio doctorum; *Luc.* 2:46. 4:35. 6:8. NKKEIS ÏN MIDNMAI: Surge in medium; *Marc.* 3:3. ÏN MIDNMAI ΨANKNIVE: In medio ſpinarum; *Luc.* 8:7. *Angloſaxonibus* on mÿddan *eſt* In medio. *Alamannis in* mittan. *Cimbris* I ΨIÞIN ÞNHID *eſt* In mediâ domo. ΨIÞNÞ ABAAK, Hora ſexta, *q. d. Media veſpera. Danis* midt *eſt* Medium, medius. *Anglis* **middle** *vel* **midſt**. *Belgis* **middel**. *Græcis* μέσος *& poëticè* μέσσος.

Gr. Anglo Sax. Matth. IV, 8 middan-eardes est κόσμου

MIDGNN RAKA *Gothi dixerunt* Orbem habitabilem, *q. d. illud totius Univerſi medium quod incolunt homines.* NKKANN RARKEÞTS RAMEAGAN AAAANA MIDGNN RAKA: Prodiit edictum ut deſcriberetur univerſus orbis; ἐξῆλθε δόγμα ἀπογράφεσθαι πᾶσαν τὴν οἰκουμένην. *Luc.* 2:1. *Aliàs quoque Argenteo codici* MANASEDS *vel* MANASEΨS *nuncupatur, quaſi dicas Hominum ſedes. Angloſaxonibus* midban eapð *vel* midban ȝeapð. *Alamannis* **mittel gart**. *Ac fortaſſè huc etiam pertinet quòd* MIDGASVEINAINS *dicitur* Diluvium *Luc.* 17:27. *ut innuatur cataclyſmum homines Deo optimo maximo inviſos veluti ſcopis quibuſdam everriſſe. Vide etymologicum noſtrum Anglicum in* **Sweep**.

MIK NI SINTEINR hABAIΨ: Me non ſemper habetis; *Marc.* 14:7. SAGI SANDIDA MIK. MIΨ MIS ÏST: Qui me miſit, mecum eſt; *Joh.* 8:29. ANDARGANA MIK AAAA KNNGA: Beatam me dicent omnes generationes; *Luc.* 1:48. ÏNNh MIK NI MARNΨ TANGAN NIVAIhT: Sinè me nihil poteſtis facere; *Joh.* 15:5. ïDKEIRR MIK: Pœnitet me; *Luc.* 17:4. ARMAI MIK: Miſerere mei; *Marc.* 10:48.

MI-

MIKIAS, Magnus; *Luc.* 1: 15, 32. *Angloſax.* micel. mycel. mucel. *Alam.* michil/ mihhil/ mikel. *Cimbris* ΨIPIᚴ. *Anglis & Scotis* **mickel** *vel* **muckel.** *Omnia ſunt* ἀπὸ τοῦ μεγάλου. **ÞKNS MIKIAS**, Ruina magna; *Matth.* 7: 27. **ΨIS MIKIA**, Tranquillitas magna; *Matth.* 8: 26. **MIKIAÞNS**, Principes; *Marc.* 10: 42. **ГÞTÞΨIÐÞ MIS MIKIÞEIN**, Fecit mihi magna; *Luc.* 1: 49. **MIKIÞΨnhTÞNS**, Superbi; *Luc.* 1: 51. **MIKIÞGÞNÐS ГRΨ**, Magnificans Deum; *Luc.* 5: 25. **MIKIÞIÐEÐNN ГRΨ**, Glorificaverunt Deum; *Matth.* 9: 8. **MIKIÞIÐS ÞKÞM ÞÞÞIM**: Magnificatus ab omnibus; *Luc.* 4: 15. *Cimbris* ΨIPIᚴNIRPᚢᚻ *eſt* Laborioſus. ΨIPIᚴᚢᚢIÞIᚻ ΨIÞᚴ, Magnæ æſtimationis viri. ΨIPIᚴ✱IPᚢᚻ, Magnificus. *Anglis olim Ethelredus comes Gainorum cognominabatur* mucel, *eo quod erat corpore magnus & prudentiâ grandævus. Simeon Dunelmenſis de Geſtis regum Anglorum, ad annum* 868.

MIÞhMÞ, Nubes. **ΨÞRΨ MIÞhMÞ nÞÞRSKÞÐΨGÞNÐS ÏM**: Facta eſt nubes obumbrans eos; *Marc.* 9: 7. **ГÞSÞIOÞNÐ SnNN MÞNS UIMÞNÐÞN ÏN MIÞhMÞM**: Videbunt filium hominis venientem in nubibus; *Marc.* 13: 26. *Omnino videntur Dani ab hac priſcâ voce reſervâſſe ſuum* **molm** / Nebula. *Belgis quoque* **molm** *eſt* Caries, *item* Ligni carioſi pulvis; *quòd majore aliquâ vi commotus atque agitatus, nebulæ inſtar officiat oculis.*

MIÞITRNÐÞNS, Milites; *Luc.* 3: 14. *Manifeſtè eſt ex* Militantes. *Vide quæ ſupra annotavimus in* **ГÞÐKÞNhTEIS**, Milites.

MIÞIΨ, Mel; *Marc.* 1: 6. *Cambrobritannis* mêl *eſt* Mel. *Gallis* miel. *Italis* mele. *Græcis* μέλι.

MINNIST. MINNISTÞ. MINNIZÞ, Minimus. *occurrunt paſſim. Alamannis* **mín** *&* **minniſt.** *Belg.* **minſt.** *Videntur eſſe à* μινυθὸς, *quod Atticum eſt pro* μικρὸς, Parvus, *ut ſcribit Euſtathius. unde* μινύθω, Minuo. *quod quoque* Minuo *à Græco* μινύθω *putant deſumptum.*

MIS, Me, mihi. **ГÞTÞΨIÐÞ MIS MIKIÞEIN SÞ MÞhTEIГÞ**: Fecit mihi magna qui potens eſt; *Luc.* 1: 49. **UIMIΨ SΨINΨRSÞ MIS ÞÞÞK MIS**: Venit fortior me poſt me; *Marc.* 1: 7, 17. **SÞEI SÞNÐIÐÞ MIK. MIΨ MIS ÏST. NI ВIÞÞIΨ MIS ÞINÞMMÞ ÞTTÞ**: Qui me miſit, mecum eſt; non reliquit me ſolum pater; ὁ πέμψας με μετ' ἐμοῦ ἐστιν. οὐκ ἀφῆκέ με μόνον ὁ πατήρ. *Joh.* 8: 29. **TÞITRK MIS SnMS. ÏK ÞnK nÞKnnΨÞ MÞhT nSГÞГГÞNÐEIN ÞÞ MIS**: Tetigit me aliquis, nam ego novi virtutem de me exiiſſe; ἥψατό μου τις. ἐγὼ γὰρ ἔγνων δύναμιν

δυνάμιν ἐξελθοῦσαν ἀπ' ἐμοῦ. *Luc.* 8:46. ΑΤΒΛΙΚΙΨ MIS SKΛTT. ΘΙ ΓΛSΛΙΟΛΝ: Afferte mihi denarium, ut videam; φέρετέ μοι δηνάριον, ἵνα ἴδω. *Marc.* 12:15. hΛNSΘΙΨ MIS ΛΛΛΛΙ: Audite me omnes; ἀκούετέ μου πάντες. *Marc.* 7:14. ΒΛΙΚΙΨ ÏNΛ ΔN MIS: Ferte illum ad me; φέρετε αὐτὸν πρός με. *Marc.* 9:19. ΘΛS ÏST MIS NΘΟNNΔGΛ: Quis est meus proximus? τίς ἐστί μου πλησίον; *Luc.* 10:29. ΛÞΛΘΙΨΙΨ ÞΛIKΚΛ MIS: Discedite à me; ἀπέχωρεῖτε ἀπ' ἐμοῦ. *Matth.* 7:23. ΛÞ MIS SIΛΒΙN: A me ipso; ἀπ' ἐμαυτοῦ. *Joh.* 8:28. ÞΚΛΥΛNΚhTΛ MIS: Peccavi; ἥμαρτον. *Matth.* 27:4.

MISSΛ *Gothis, &* mir *Angloſaxonibus aliiſq; Septentrionalibus in compoſitione inſinuant* Defectum, errorem, corruptelam, diſſimilitudinem, *&c. Ita Gothis* MISSΛΔΘΔINS *ſunt* Offenſæ, delicta, peccata; *Matth.* 6:14 *&* 15. MISSΛΛΘΙKS, Varius, diverſus; *Marc.* 1:34. MISSΛUISS, Schiſma, diſſenſio; *Joh.* 7:43. 9:16. 10:19. *Angloſaxonibus* mirðæð *eſt* Maleficium, delictum. mirbojen cild, Abortus. mircpeðan, Malè dicere. mirþabian, Malè diſponere. mirþón, Labi, errare. mirláþ, Prava ſuggeſtio. mirlic *vel* mirþenlic, Diverſus, varius. mirlician, Diſplicere. mirhpeþþe cneojir, Perverſa generatio. *&c. Theotiſcis* miſſidat *eſt* Peccatum. miſſidati / Peccata. miſſifiangen / Errare in deligendo. miſſlichen / Diſplicere. miſſihellen / Diſcrepare, diſſonare. miſſiquedan / Perperam dicere. *&c. Gallis* meſcontent *dicitur Qui non eſt contentus & ægrè fert aliquid.* meſdiſant, Maledicus. *&c. Cimbris* ΨIUIΛΡΚΛ *eſt* Diſparare. ΨIUΨΛIN, Lapſus *vel* Error linguæ. *Danis* miß-brug *eſt* Abuſus. miſbeder / Maleficus. miſfødſel / Abortus. miſhage / Diſplicere. miſtroſte / Diffidere. *&c. Anglis* miſdeed / Delictum. miſbecome / Dedecere. miſcarrie / Perire, non aſſequi quod intenderas. miſlead / In errorem perducere. miſtruſt / Diffidere. *&c. Belgis* miſbruyck *eſt* Abuſus. miſdaed / Delictum. miſgeboorte / Abortus. miſhandelen / Malè tractare. miſleyden / Seducere. miſprijſen / Vituperare. miſtrouwen / Diffidere. *&c. Vide plura de Teutonico* mis *&* miſſen *in Obſervatis ad Willerami paginam* 14.

MISSΧ. ΔN SIS MISSΧ ΛNΔKNNNNN: Inter ſe diſputaverant; *Marc.* 9:34. UIΨΛNΔΛNS ΔN SIS MISSΧ: Dicentes ad ſemet ipſos; *Marc.* 10:26. 16:3. *Luc.* 2:15. 6:11. MIΨ SIS MISSΧ: Alter ad alterum; πρὸς ἀλλήλους. *Marc.* 15:31. ΘΛ ÏN ΓIΓΛ MIΨ ÏZVIS MISSΧ MITΧΔΘΔNΨ: Quid in viâ inter vos tractabatis? *Marc.* 9:33. ÞKIÇΧS NΘΟNNΔGΛN ΨΘINΛNΛ SVE ΨNS MISSΛN: Diliges proximum tuum ſicut te ipſum; *Luc.* 10:27. ΓΛΛΘIKΛI SINΔ ΒΛK-

NΛM

NAM YRNGANDAM SEINA MISSR: Similes sunt pueris loquentibus ad invicem; *Luc.* 7:32.

MITADAS, Mensura; *Luc.* 6:38. ÏN ΨIZAIGI MITAΨ MITIΨ. MITADA ÏZVIS: In quâ mensurâ mensi fueritis, remetietur vobis; *Marc.* 4:24. *Anglosax.* ȝemet. *Alam.* mez. *Dan.* maade. *Belg.* maete. *Græcis* μίτρον.

MITRN, Cogitare. AN ΘE ÇNS MITRΨ NBIAA ÏN HAIKTAM ÏZVAKAIM: Quid cogitatis mala in cordibus vestris? *Matth.* 9:4. ΘA ÏN VIRA MIΨ ÏZVIS MISSR MITRADEANΨ: Quid in viâ inter vos tractabatis? *Marc.* 9:33. MITRNS, Cogitatio; *Luc.* 9:46. MITRNEIS, Cogitationes; *Marc.* 7:21. *Luc.* 2:35. NFKNNANDAS MITRNINS ÏZE: Noscens cogitationes eorum; *Luc.* 5:22. ÏS VISSNH MITRNEINS ÏZE: Ipse sciebat cogitationes eorum; *Luc.* 6:8. *Matth.* 9:4. *Probatis scriptoribus Græcis* ΩΣ ΕΜΑΥΤ ΕΝΟΩ *est* Mecum cogito, cum animo meo considero.

MIΨ ÏMMA: Cum eo; μετ' αὐτ. *Matth.* 5:25 & 41. FAN MIΨ ΨNS: Dominus tecum; ὁ κύριος μετά σου. *Luc.* 1:28. SAEI SANDIDA MIK. MIΨ MIS ÏST: Qui me misit, mecum est; ὁ πέμψας με, μετ' ἐμοῦ ἐστι. *Joh.* 8:29. MIΨ MRDA: Cum irâ; μετ' ὀργῆς. *Marc.* 3:5. MIΨ ÏZVIS MISSR GAVAIKΨEIGAI SIGAIΨ: Inter vos pacem habete; ἐν ἀλλήλοις εἰρηνεύετε. *Marc.* 9:50. MIΨ SIS MISSR ΨAHTEANN: Intra se cogitabant; συνελογίσαντο ΩΣ ἑαυτούς. *Luc.* 20:5 & 14. MIΨ SIS HABANA BKNFFA: Secum habent sponsum; μεθ' ἑαυτῶν ἔχουσι τὸν νυμφίον. *Marc.* 2:19. MIΨ TVEIHNAIM MARKRM DAIKAPANAIRS: Inter medios fines Decapoleos; ἀνὰ μέσον τῶν ὁρίων Δεκαπόλεως. *Marc.* 7:31. *Recurre ad ea quæ dicimus in* TVA, Duo. MIΨ ΨANEI ÏS KRDIDA ΨATA AN ÏM: Hæc illo loquente ad eos; ταῦτα αὐτοῦ λαλοῦντος αὐτοῖς. *Matth.* 9:18. *Luc.* 9:33, 36. MIΨ ΨANEI MANAGEI ANATKAMP ÏNA: Cùm turbæ irruerent in eum; ἐν τῷ τὸν ὄχλον ἐπικεῖσθαι αὐτῷ. *Luc.* 5:1. *Aliquando quoque* MIA *scribebant; sicuti videre est Luc.* 7:11. *Anglosaxones* mid *scribunt. Alamanni* mit. *Cimbri* Ψιþ. *Dani* med. *Angli* with. *Belgæ* met. *Græci* μετά.

MIΨANAKNMBIDEANN ÏAISNA: Discumbebant cum Jesu; συνανέκειντο τῷ Ἰησοῦ. *Matth.* 9:10. *Refer ad* ANAKNMBGAN:

MIΨFAGINRADEANN ÏZAI: Congratulabantur ei; *Luc.* 1:58. *Refer ad* FAGINRN, Gaudere.

MIΨÏÐÐRGÐNN ÏMMÐ: Comitabantur eum; *Marc.* 15:41. *Luc.* 14:25. *pro quo legas* MIÐÏÐÐGGÐNN ÏMMÐ, *Luc.* 7:11.

MIΨÏNNRÐÐÐIΨ MIΨ ÏÐISNÐ: Introivit cum Jesu; *Joh.* 18:15.

MIΨMÐTGIΨ ÏM, Manducat cum illis; συνεσθίει αὐτοῖς. *Luc.* 15:2.

MIΨKRÐIÐGÐNN ÏMMÐ YÐIKRS TYÐI: Loquebantur cum eo viri duo; ἄνδρες δύο συνελάλουν αὐτῷ. *Luc.* 9:30.

MIΨSRKGÐN, Disquirere, rationes unà cum aliis conferre ad rei alicujus indagationem; συζητεῖν. *Marc.* 8:11. *Refer ad simplex* SRKGÐN, Quærere.

MIΨSTÐNDÐNDÐNS ÏMMÐ: Cum illo stantes; *Luc.* 9:32.

MIΨNShKÐMIÐÐNS, Unà crucifixi; *Matth.* 27:44. *Marc.* 15:32.

MIΨNSKEINÐNDÐNS ΨÐI ΨÐNKNGNS: Simul exortæ spinæ; *Luc.* 8:7. *Vide* KEINÐN.

Midum mercede silvere Mideling mer enaris

MIZÐR, Merces. MIZÐR ÏZYÐRÐ MÐNÐRÐ ÏN hIMINÐM: Merces vestra multa in cœlis; *Luc.* 6:23 & 35. *atque alibi passim. Anglosax.* með. *Alam.* mieta. *Angl.* **meed**. *Belg.* **miede/miete**. *Manifestè interim* MIZÐR *est à* μισθὸς, Merces. *at Anglosaxonicum* með, *unà cum reliquis, videri potest factum ex* MIZÐR, *extrito* Z. *Vide observata nostra ad Willeramum, in Alphabeticâ serie monosyllaborum Anglosaxonicorum, voce* með.

MRÐ, Ira. MRÐÐRS, Iratus. *Quemadmodum interim Græcis* θυμὸς *non modò* Animum, *verùm etiam* Iram *atque* Excandescentiam *significat; ita codici Argenteo* MRÐ *tantummodò restringitur ad* Iracundiam. NSSÐIΘÐNÐS ÏNS MIÐ MRÐÐ: Circumspiciens eos cum irâ; *Marc.* 3:5. ÞNÐÐÐI YÐNKΨNN ÐÐÐÐI MRÐIS: Repleti sunt omnes irâ; *Luc.* 4:28. MRÐÐRS YÐKΨ, Indignatus est; *Luc.* 15:28. *Matth.* 5:22. *Ita quoque rex Regnerus Lodbrog Epinicii sui Strophâ* 27; HÐKNΨ ΨIKNΨ HIK ΨÐÞNÐ RÐÞIKK NIRÞÐ: Filiis meis sua ira rubescet. *Anglis quoque* **mood** *vel* **angzie mood** *est* Ira *vel* Animus gravi irâ incandescens. *Anglosaxonibus* með *est* Mens, animus. *Alamannis* **muat**. *Danis* **mod**. *Belgis* **moed/gemoed**. *De origine vocis* **mod** *sequentia hæc ferè habent Observationes nostræ in Willeramum.* **mod**/ Mens, animus, *videri potest detruncatum ex* μόθος, *prout Hesychio* μόθος *exp.* πόνος, Labor; *quandoquidem ea est præstantissimæ cujusque mentis natura, ut quemadmodum ignis sinè sui alimenti usu esse non potest; ita nequit sublimis hæc divinæ auræ particula diu subsistere sinè pabulo actuum sibi peculiarium, ingenitorum, cognato-*

natorum, aut certè cum ætate agnatorum. Similis etymologiæ rationem videntur agnoviſſe, qui Græcum θυμὸς deduxerunt ἀπὸ τῆ θύειν, quod eſt ὁρμᾶν, Cum impetu ferri, ſubitò commoveri. *Appoſitè Seneca Conſol. ad Helviam, cap. 6*; Homini mobilis & inquieta mens data eſt. nunquam ſe tenet. ſpargitur, & cogitationes ſuas in omnia nota atque ignota dimittit; vaga, quietis impatiens, & novitate rerum lætiſſima. Quod non miraberis, ſi primam ejus originem adſpexeris; non eſt ex terreno & gravi concreta corpore. Cœleſtium autem natura ſemper in motu eſt. *Quintilianus orat. inſtitut. lib.* I, *cap.* 1; Sicut aves ad volatum, equi ad curſum, ad ſævitiam feræ gignuntur; ita nobis propria eſt mentis agitatio atque ſolertia: unde origo animi cœleſtis creditur. Hebetes verò & indociles non magis ſecundùm naturam homines eduntur, quàm prodigioſa corpora & monſtris inſignia: ſed hi pauci admodum. *Mamertini Genethl. Maximiano Auguſto in Natali ejus dictum*; Quicquid Immortale eſt, ſtare neſcit; ſempiternóq; motu ſe ſervat Æternitas. *Quum igitur humanus animus laboris aſſiduitate quodammodo ſuſtentetur atque alatur, quumq; mens noſtra inter innumeras diurnarum nocturnarúmq; cogitationum imagines, ob occultam cum cœleſti ſpiritu cognationem, ſemper aliquid aut inquirere aut agere nata ſit; enixè nobis inter quotidiana animorum otia remiſſionéſq; elaborandum eſt, ut, ſpontaneum impetum ſequentes, hanc animi noſtri vim ad publicum privatúmq; commodum tranſferamus.* Quò magis pravitas eorum admiranda eſt, *inquit Salluſtius Jugurth.* qui dediti corporis gaudiis, per luxum atque ignaviam ætatem agunt: cæterùm ingenium, quo neque melius neque amplius aliud in naturâ mortalium eſt, incultu atque ſocordiâ torpeſcere ſinunt. *Ne igitur & ipſi quoque culpationem hujuſcemodi mereamur, irrequietum hunc atque indefatigabilem animi noſtri vigorem, animorum præcipuè cultui impendamus; qui tum demum ritè coli judicantur, quum veræ pietatis & liberalium artium præceptis imbuuntur. Quamobrem propria hæc munia humanæ mentis, antiquiſſimâ præcipuáq; curâ ſemper nobis exercenda judicemus.* μέγιστον γὰς ἐν ἐλαχίστῳ, νοῦς ἀγαθὸς ἐν ἀνθρώπῳ σώματι, Maximum enim in minimo, mens bona in hominis corpore; *ut loquitur Iſocrates ad Demonicum. Immo ὁ νοῦς, ut in libello περὶ τῦ εἰς τὸ ψυχαγωγεῖν σωϊδὸς loquitur Philo Judæus*, κυρίως ἄνθρωπός ἐστιν ἐν ἀνθρώπῳ. *Locus ipſe meretur adſcribi. οὐ μόνον ἐπὶ τοῖς γήινοις τ ἰσεργέτην ἐπαινεῖν διδασκόμεθα, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τῷ νῷ, ὃς κυρίως ἄνθρωπός ἐστιν ἐν ἀνθρώπῳ, κρείττων ἐν χείροσι, ἀθάνατος ἐν θνητοῖς.* Non ob terrena ſolùm Benefactorem laudare docemur, ſed & ob Mentem, quæ propriè homo eſt in homine, potior in deteriore, immortalis in mortali. *Per hanc certè diligentiorem animorum culturam, non modò vitia radicitùs extrahuntur, verùm etiam præparantur humanæ mentes ad ſatus accipiendos; eáq; iis mandantur, quæ adulta fructus cumulatiſſimos ferant ſublimioris illius doctrinæ, quâ nihil uberius,*

